IOANNIS ANTONII BOZAVOTRAE MEDICI NEAPOLITANI OPVS PRACTIcis perutile de venæ sectione in vterũ gerenti, aduersus negantes huiusmodi auxilium pro cautione abortus.

M.D.X.L.V.

INVIA VIRTVTI



NVLLA EST VIA

Ioannis Antonij Mußi Siculi Nouicastrensis physici tetrastichon,

Quisquis, nosce cupis, prægnanti, an sectio uenæ
Competat, an non, hoc perlege lector opus.
Hic breue tempus erit, consumptum, [redacted] fœnore magno
Est aliquid, doctos inuigilasse tibi.

Ioannes Franciscus Branchaleo, Ioanni Antonio Bozauatra Doctori eximimio. .S. .P. .D.



MAGNA est ingenij vis, Bozauotra doctissisime, maior eruditionis, maxima morum, quòd si concẽtu suauissimo conspirarint hæc omnia, silentio prætereundum est, exprimi nanq; qui potest, solertia tua, ingenium, versatile, solidum efficax vndiq; expolitũ, multos ab hinc annos mihi compertum est. Non me fugit quantum sategeris bonarum literarum, Dialectices, Philosophiæ, ac Medicinæ, quantũ laboris susceperis discendo, nocturna, diuturnaq́; manu optimos quosq; libros euoluendo, priuatim, publicæq; multos annos docendo, demũ carthis fidissimis totius vitæ comitibus, omniumq́; laborũ thesauro mãdans nobilissimæ tuæ mẽtis sobolem, summis hæc laudib⁹, maxima sunt hæc digna præconio dignissimus tam nobili patria ciuis, tantisq;, vt nesciam plus'ne tu huic vrbi, an plus tibi debeat inclita Partenope. Perge indies nobis maiori gloriæ futurus, legi priorem cribrationem, potiùs quàm criminationem, & posteriorẽ libellum quo Apalogiæ respondes, animaduerti multa digna ingenio, & doctrina tua magna est inuentoris subtilitas, non minor iudicij grauitas vtriusq; cõmentarij contextus artificiosissimus, vtrinq; certatur acerrimè, vterq; dignus lauro, quantum ad me spectat huiusmudi arbitrio uon me dignor, non enim tãto oneri respondent vires. Quid tamen de hac re sentiã, in epistola scripsi ad Donatum Antonium, & tu fidissime in posteriori commentario collegisti, cæterum ornas, me quas non agnosco laudibus, fortassis signas qualem optas, aut qualis esse deberem: sed præter opinionem aureum pectus tuum exprimunt, ac referunt. Vale

OPVS PRACTICIS PERVTILE DE vena sectione, in vterum gerentibus aduersus negantes huiusmodi auxilium pro præseruatione abortus.



SOLET Galenus culpare, tum eos qui adeò sunt delicati, vt nihil discere eorũ quæ cõmode dicta sunt, substineãt. Tum qui adeò sunt ambitiosi, vt studio nouorũ dogmatũ, semper aliquid astutè taxant, & cauillantur. Partim vtilia derelinquentes, partim malitiosè oppugnantes, quales nonnulli Iuniorum videntur, cõtrà laudare eos qui explanant, quæ rectè sunt, ab alijs dicta: & si quid omissũ sit, supplere non grauãtur, sicut sæpè nos pro virili parte conamur. Hoc igitur exemplo proposito nobis deceruendum est. Si sectio venæ in vterũ gerenti muliere, nullo quidẽ præternaturali affectu laborãti, poterit ipsam ab abortu tutè absq; aliquo periculo seruare. Huius certè quesiti, vt breuibus veritatẽ assequamur, de dissectione vteri, atq; de fœtus formandi notitia, non incõsultè silemus. Tum quia res ipsa ab ipso Gal. 14.15. de vsu partiũ: & in comẽtario de formatione fœtus, deq; anathomia virorũ, & ab ipso Hyp. de natura pueri dilucidius habetur. Tum quia ad propositã disceptationẽ eiusmodi anathomiæ cognitio non satis conducere videtur.

Id autem necessarium asse agnoscere puto: quid nam sit abortus. qualesq́; causæ ipsũ facientes sint. Galenus igitur .6. lib. Epidimarum Abortus, apud Atticos ἀμβλῶσιν dictus est, ipso tamen Hyp. nominare consueuit, αποφθορας quæ sanè dictio fœtus eiectionem (veluti Attici volunt) siue fœtus corruptionem, seu deperditionẽ (vt visum est) Hyp. nihil satis modo refert. Est itaq; abortus Immatura fœtus eiectio. seu deperditio, sed huiusmodi Immatura fœtus eiectio, plurimũ accidit tertio, secundo, quarto, quinto, & octauo mensibus, vt .6. Epidimion recenset Hyp. particula sexta: sed septimus mensis est tempus statutum partus. Vocamus tempus id, quòd si tempus attingerit uitalis esset, qui enim maturius quàm .7. mense prodeunt, nullo pacto vitales sunt. Quare .7. mensis est tempus statutũ pariendi, sicuti quoq; Arist. ipse affirmat in lib. 7. de hystoria animalium Cap. 4. quicunq; enim citiùs quàm .7. mense nascuntur, horum nullus vitalis est, qui autem .7. mense prodeunt, hi primùm vitales sunt, ut etiam Hyp. ipse testatur in com. de septimestri partu, quare primum tempus statutum pari

ndi .7. est mensis, de alijs autẽ vt de .9. & .10. mensibus, pariter iudicandũ est: vitales esse in his partus, utrũ ultra decimũ poterit esse vitalis partus, nõ parua est ambiguitas, de quo aliàs. Sequitur itaq; ex his abortandi tẽpus, intra septẽ menses, sed sciendum q̃licet intra septem menses, videatur tempus abortandi, non est in omni mense intra septimũ, etiam in octauo abortus appellatur, nã eo mense non est uitalis partus. Hyp. enim. 6. Epimidion hos menses recenset secundo. 3. 4. 6, & 8. Nonũ enim & septimũ pro uitali partu intelligit, alios uerò non uitales partus, sed abortus, atq; fœtus deperditionẽ intelligimus, sed uidetur intra. 2. mensem non esse tempus abortiendi. Quandoquidem ipse de primo mẽse nullã prorsus orationẽ habuit. Dicimus etiã in primo mẽse fieri abortum, vt ipse Hyp. asserit in tractatu de natura fœtus. Testatur enim ante. 3°. die aliquas mulieres puerum perdidisse, & siue articulis apparuit, & aliquas intra 40. puellã perdidisse, hic enim formationis puellæ terminus est, trigesimus aũt maris fabricationis tempus statutum est. Licet ergo in Epidimion nõ primũ apposuit mensem, eò quòd in hoc mense rariùs abortus emergũt, magnoperè mẽsibus enarratis fœtus deperditionem plurimum contingere videmus.

CVM itaq; abortus sit fœtus deperditio temporibus enarratis. Diceret aliquis, Nunquid morbus dicatur, vel naturalis quæpiam res sit censenda? Respondeo ex Galeni dictis secundo cõmẽtario de causis symptomatũ, ex quo partus naturalis quædã est actio expultricis naturalis vteri, vt. 3. quoq; de facult. naturalibus longiùs recenset: etenim uterum ipsa natura quatuor facultatibus muniuit, Retentrice, Expultrice, actractice, & cõcoctrice, in tempore cõceptionis duæ magnoperè harũ facultatũ actiones cõspiciuntur, quippè facto cõceptu, vterus vndiq; cõtrahitur, vt in comẽto de natura fœtus testatur Hyp. & Gal. de fœtus formatione pariter edocuit, adeò quòd tẽpore cõceptionis ipsæ prægnantes primis diebus, potissimumq; eo ipso, quo semen est conceptũ moueri, ac in seipsum concurrere vterũ sentiunt, & ab obstetrice id facilè sentitur, vt non immeritò os vteri cõniuere videatur. Hac quidẽ experiẽtia. vbi hæc duo simul incidũt (vtero tamẽ neq; phlegmone, neq; alio præternaturali affectu laboranti) os vteri cõniueat, motus etiã ipsius vteri in seipsũ, iã semẽ à mare cæpisse se mulieres existimãt, & recipere cẽsent, at in huiusmodi cõtractione uteri retentrici facultate, qua uterus undiq; cõtrahitur opus est, hac insuper virtute implerisq; mulieribus fœtus ipse cum secundinis vndiq; cõplectitur, atq; per nouẽ menses gestatur, quaproter condidit natura, ipsam retentricẽ, & ad complendũ, retinẽdumq; fœtum, vsq; quò id quod gestatur ad debitã perueniat

magnitudinem

magnitudinẽ, quo quidem tempore est actionis retentricis vtilitas, atq; ipsius retentricis finis: vsq; ad statutũ tẽpus pariẽdi esse censetur, quod iridẽ tempore ita in utero actio expultricis facultatis quiescit, ac si in ipso utero nulla penitùs esse videatur. Ergo ubi fœtus qui gestaĩ, cõpletus est, cuius gratia recẽtiua facultate uterus est usus, assumpta expultrice facultate, quæ hactenus quieuerat os quidẽ eius in quo prius mucronẽ styli nõ reciperet, aperitur, & collũ pariter uteri apperitur, ut fœtui præstet facilẽ exitũ, vniuersum igitur fundũ vteri ad os ocissimè descendit, fœtũ ipsum propellẽs foràs, quia mole, & põdere cogit ad sui expulsionẽ, Ad hoc quoq; opus suppetias ferũt partes vicinæ, veluti musculi ab dominis. hoc aũt opus naturæ actio est, ut expultricis uteri naturalis, quæ si omnia prospere sequũtur, nulla causa præternaturali cõcurrenti, vsq; ad fœtus proiectionẽ, ad tẽpusq; statutum, vitalis efficitur fœtus, eiectio, & partus simpliciter nũcupatur. Est itaq; partus res naturalis, partim ex parte actionũ naturalium, facultatũ retẽtricis primo expultricis nouissimè, partim quoniã ad statutũ tẽpus vitalis fœtus gestaĩ, nulla occurrẽti causa præternaturali, sed tãtum fœtus grauitate, suiq; distẽtione. At ipse abortus ex parte est res naturalis atq; naturalis actio, ex parte dicitur symptoma, authore Gal. 2. de causis symptomatũ. Et enim eadẽ virtus: quæ sollicita est, ut completo fœtu, spatio nouem mensiũ, aut septẽ foràs ipsum expellere, si circa. 2. 3. aut. 4. aut alium mensem fœtus sit corruptus, statim eum eijcit, cum enim non prospere sequuntur, ac naturaliter: circa fœtũ, vel secundinas, vel circa gestantẽ fœtum, ac de fœtus profectione, desperata iam salus sit, uteri expultrix facultas, non amplius expectat nouem mensium moram, Immò cessanti ab opere retentrice facultate vis ipsa (inquam) expultrix quæ prius quieuerat, moueri incipit, os etiam vteri aperitur, ad ipsum fundum descendit, vt in neutrali prospicitur partu. Cum itaq; eadem vis expellens fœtum, iam absolutum, profectumq; est quæ ipsum imperfectum, corruptumq; eijcit.

ITaq; abortio actio erit naturalis vteri expultricis sicut de vomitu ipse Gal. demõstrat sicut enim mouet vẽtriculus in vomitu sic in partu vterus. At vomitu opus naturale censetur esse, vis expultricis ventriculi expellẽtis quòd cõtristat. Siquidem in omni animalis particula facultas est, quæ quod præternaturam est collectũ expellit, vt igitur ventriculus, cũ in ipso, cibi aut copiosi, aut vitiosi, quos in se ferre nõ potest, persistẽt, mouetur vomitus ad expellendũ (ita eodẽ modo in tussi ex pectore, & ex pulmone sentiendũ erit) si itaq; in vtero fœtus cõtristat propter causas subiungẽdas, mouetur expultrix facultas, ad sui

expulsionē: quare abortus actio est expultricis uteri naturalis, & opus naturale sicut de vomitu iā expositū est, At ex parte est symptoma: est enim genus symptomatū duplex, aut quoniā actio ipsa est symptomatica quēadmodū tremor, rigor, patalasis, penasmos, dissinteria. Nā istæ actiones læsæ animalis facultatis cēsentur, vt de rigore tremore, paralisis demōstratum reliquit, Gal. primo de causis symptomatū, & incomēto de tremore, & rigore, tenasmos, & dissenteria, actiones læsæ, seu symptomata expultricis naturalis intestinorū existunt. Aliud quippè symptomatū genus est, nō ex parte, qua motus, & actio est, sed propter causas, quæ vim expultricem moueri sic cogūt, sicut in vomitu, in tussi in diarrhea, in abortu. Motus enim sunt naturales, operaq; naturæ, modo quidā naturali expellunt, naturali existēte faculate expulsoria, ad procellendum quod præter naturā contristat, deputata, Causa ergò excitans est præter naturā, nā in ventriculo humor vitiatus excitat vomitū, vel diarrhæam, atq; in alijs similibus conspicitur, in vtero enim causæ mouentes expulsoriā facultatē ante fœtus profectionem, ad expellendū foras præter naturā & sunt, & censentur. Relinquitur igitur abortū ex parte causæ cogentis præter naturā, symptoma appellatum esse. Ex parte quidem actionis, & motus nulla ratione symptoma existit: sed tantū absolutus, & naturalis motus, opusq; naturæ. Cæterū quæ nā sint huiusmodi causæ præternaturā è quibus ipse cōmictatur abortus Attentione in quæsiti dissolutione opus est, vt Gal. in lib. de distinctionibus medicis, qui liber falsò ad Galenū autorē refertur. Ad tria videtur causas omnes abortus deducere. Cum enim ipse plures existant abortiendi causæ, eas sanè oportet ad artē perstringere, vt ad determinatos scopos. Quare ægri partus fiunt tribus modis, aut ex parte gerētis vterū, aut ex eo quod geritur, aut ab exterioribus, recensentur enim nonnullæ ab Hyp. in primo libro de fœminarū morbis. Ex parte gerētis quidē vterū, vt ibidem Hyp. veluti si vterū gerens morbo aliquo corripiatur, vt feb. ardēti, quemadmodū in sectione quinta Aphorismo. 30. Mulierē vterū gerentē capi aliquo morbo acuto letali, namq; Gal. exponēte, fœtus occiditur, tū ratione febris occidentis, tum quoniā alimēto priuatur. Altera quidē causa si ipsa sit imbecillis ex cibi parcitate, ita etiā inedia, vel si onus violēter attollat, aut percrutiatur, aut immodicè moueatur, vel saliat, aut multū, vel parū alimenti assumat. Saltatio quidē vehemens potest esse abortus causa, ut Hyp. in lib. de natura pueri recēset accidisse musoergo mulieri, seu cantatrici, quæ septies cū in terra saliret genuurā eiecit. Propterea ex animi affectibus, ut ex ingēti terrore, atq; cōturbatione, animæq; deliquio, & similibus: Item si in

continenter

cōtinenter bibat, nā & alimentū, po ioq; multa abortus causæ sunt: quinetiā ex alui profluuio, vt in. 5. sectione Aph. 34. Hyp. te statur, mulieri vterū gerenti si aluus nimiū profluat periculū est ne abortiat: Pariter & alimēti detractione, & parcitate cibi, quæ etiam missione sanguinis cōtingerēt, vti idē Hyp. in eadē. 5. Aph. 31. Mulier vterū gerēs sanguine ex vena misso abortit, & magis si fœtus sit maior, Atqui pro ipso quod in utero gestatur, causæ abortiēdi sunt, si corruptus sit fœtus, aut si geminus monstrosusq; formatus, aut si ipsius quoq; moles amplior sit, ut extendat, atq; grauet, hæc ad sui quidē expulsionem uteri expultricē irritant. Ad hoc etiā referūtur causæ ex parte uteri, vt phlegmone, aut scirrū, aut herisipelas, si in ipso cōstiterint vtero, Rursusq; & acetabula disruptis, quorū munus fuit tenere fætū alligatū vtero, circa ipsa enim acetabula, vt Gal. 6. de affectis locis demōstrat, humor pituitosus abundat, quare debilitatur connexus venarū, & arteriarū, ad ora vasorum uteri ueniens, & ob grauitatem fœtum ferre nequit sed facilè obrumpitur, & Hyp. 5. sectione Apho. 45. ad idem refertur, morsus ex aeri qualitate humorum, vt Gal. asserit in. 3. de facultatibus natural. humores qualitate mordaces ad secundinas confluunt, obrūpunt ipsas, ueniunt ad vterum, Mordent ipsum, unde mouetur ad horum expulsionem, ut refert Gal. Epidimion. p. 2. de muliere apud patimidē quæ abortit ex vitiosis collectis humeribus) I simulq; fœtum eijcit, ut uentriculus sæpe agere uisus est, simulq; cibum expellit, ab aliquo irritato vitioso humore, proinde Gal. Tria ponit quæ abortum plerumq;, ac ipsum partum, pariunt, Molem, Pōdus, & Morsum. Moles quoniam multum distendit: neq; plus potest capere. Pondus grauans. Morsus: quoniam humores uterum ipsum irritant, ab exterioribusquidē causæ nō ignorātur, ut Hyp. autore. 3. par Apho. 2. Si hyems Austrina, & pluuia fuerit, Ver autē siccum, & Aquilonium. Mulieres quarū partus iuxta ver instat, ex quacunq; occasione abortiūt. Amplius quispiam diceret, quoniam satis conducere uidetur ad propositum quesitum: si sanguinis redundantia, quam plenitudinem seu plethorā Gal. solet nuncupare, sit in causa qua mulier abortiat: De alijs causis abortiendi, ex vobis potestis videre. Etenim ab Auicen. ab alijsq; bonis autoribus plures aliæ abortus causæ, quas nos diximus recensentur, nos verò breaitatis causa dimisimus.

DICVNT sanè quidam non posse fieri, neq; rationi consentaneum videri potest, vt fœtus ex sanguinis copia in vterum gestanti iustum modū excedentis subfocetur, aut corrumpatur. Demum incōpletè, ab vtero foras expelletur. Monētur autoritate quadā Hypocratis, in libro de natura fœus. 2. Gal. 5.

dẽ ſimplicibus medicamentorũ facultatibus, tempore quo mulieres minùs uterũ
gerentes exiſtunt ſingulis menſibus ſuperfluũ excrementorũ, ex toto corpore
per uenas ſubitò, & affatim ad uteri concauitatẽ confluit, non attrahẽte utero:
ſed in conceptione à uirtute actratice fœtus concepti, non quolibet menſe, ſed
ſingulis diebus attrahitur, tanta quantitas ſanguinis, quãto pro alimẽto ſui indi
get: atq; augmento, & quo indies accreſcit eò maiorẽ ſanguinis quantitatẽ at-
trahere uidetur. Cum enim ad fœtũ neq; à toto ſubitò tranſmittatur ſanguinis
ſed ab ipſo paulatim benigneq; ſuggeritur, quare nõ poterit ſubfocãs ſanginis
redundantia in toto exiſtens corpore, neq; enim in mulieribus plethoricæ ſo
lent cõſiſtere diſpoſitiones, inſuper aſſerunt, Sed (ut adagio fertur) ad pauca re
ſpiciẽtes de facili enuntiãt. Et primũ ꝙ dicũt rariſsimè tn mulieribus uterũ ge
rẽtibus cõtingere plethoricã diſpoſitionẽ falsò credũt. Gal. ipſe in comm. de
curandi ratione per ſanguinis emiſsionẽ, docet enim plenitudines in mulieribus
contingere ſuppreſsis menſibus. Plerũq; enim mulieribus aceruatur ſan-
guis multus, & craſſus, qualis eſt melancholicus ſanguis. Tales quippè mulieres
ſunt, quæ nigriores, atq; graciliores, quibus quippè uenæ magnæ apparent, &
nõ ſolũ iu his plethorica aceruatur perſæpè diſpoſitio, ſed in carnoſis, & cãdi-
dis, quibus uenæ minùs apparẽt: una tantũ diſcrepãt ratione, quòd in cãdidis,
& carnoſis, non eſt remouẽda ea diſpoſitio, uenæ inciſione, ſed crurium ſcarrifi
catione, in nigrioribus, gracilioribusq; ſectione uenæ: ſanguinis redundantia
abijcienda eſt. Quare huiuſmodi plethoricã diſpoſitionẽ, mulieribus grauidis
ex ſupreſsis menſibus ſæpe contingere nemo eſt qui neſciat, & ſi de hoc quiſpi
am ambigeret, ne ſciet profectò notas plenitudinis à Gal. longiùs enarratas
in comm. de plenitudine , ſi quidem ſæpiùs in mulieribus, utriuſq; plenitudinis
notæ uiſuntur, & eius quò ad uaſa, & eius quò ad uires, Quòd autem falsò iti
dem credunt, in mulieri uterum gerenti, plethoricã conſtitutionẽ nõ poſſe eſſe
causã abortus facilè oſtẽditur . Aſſumpto principio. Quales affectus explethò
rico humorũ concurſu adnaſcantur, uel futuri fieri poſſunt, ex Galeno conſtat
in comm. de per ſanguinis emiſsionẽ, de ratione curandi. & in. 4. de ratione ui
ctus acutorũ, & de corporis bona habitudine, namq; ſi putreſcũt ſucci abũdan-
tes, magnã febrẽ ardentem parient: aut partem penitùs extingunt, aut non cõ
temnendam illi noxã inferunt, Nam apoplexiæ proueniunt, uenarũ rupturæ,
ſyncopæ, epileſiæ, morbi cardiaci, aphoniæ. i. uocis carentiæ, demũ oppletis ue
nis præmittitur uirtus, & periculum ſuffocationis iminet, Immò qnanq; ipſa ef-
ficitur naturalis caloris extintio , prima ſectione Apho. 3. quare uterũ gerenti

hæc pariter iminẽt pericula, & magis de fœtus ſuffocatione, igitur copia ſan-
guinis in primis menſibus facilè inducere abortum poterit, hoc nanq; quod aſ-
ſumimus ita demonſtratur. Fœtus quidem per multi ſanginis copiam ad ipſum
ſuccedentem, facilè ſuffocatur, ut teſtis eſt Hyp. in lib. de natura fœtus, nõ enim
voluit ad uterum plurimum ſanguinis in fœmina primis diebus, ac menſibus de
ſcendere , ſimul enim ſemen reſpirare non poſſet, ſanguiniſq; copia obrueret,
& prefocaret. Quamobrem ex multo ſanguine ad vuluam deſcendente, ne
mo eſt qui ambigit, & fœtum ſuffocari, & abortum itidem fieri, quod quidẽ ſtã
te plenitudine contingat multum de ſanguine deſcendere, adhuc clariùs mon-
ſtratur. Vaſa enim cum replentur ſanguine, grauantur, quandoquidem ipſum
aliunde demittere coguntur, utiq; hoc demonſtratum reliquit ipſe Gal. in. 13.
Methodi, & in Com. de inæquali intemperie, & primo de differentijs feb. pro
pe ultimum. 3. de facultatibus naturalibus, ac in pleriſq; alijs locis, quæ dimicto,
ne uidear ambitiosè quærere loca, Quamobrem ut infert ipſe Gal. per plethò-
ram, aut uitium humorum, partes omnium debiliſsimæ, aliâs flammatione aliâs
heriſpe lite, uel alia quapiam affectione præhendũtur, habentq; reumaticam af-
fectionem, cum enim ſanguis copioſior eſt, quàm par ſit, fluxionem fieri neceſ-
ſum eſt, unde fortior pars mictit, atq; expellit: quoniam. 3. de facult. naturalibus
habet pars quæq; quoddam robur, quo quod ſuperuacuũ eſt, expellit. Vnde pars
ualentiſsima ad uicina expellit: Earum rurſus ſingulæ in aliâs quo ipſis ſunt im
becilliores, deinde rurſus earum ſingulæ in aliâs. Idq; eatenus longiſsimè pro-
cedit, quod ex omnibus fugatum ſuperfluum in unam quampiam maxime im-
becillarum procũbat. Quare cum non ſolum omni menſe, ſed omni die ad ute
rum ſanguinis deſcendit: Idq; fœtu attrahente, omnibus igitur totius corporis
uaſis plenis faciliùs (vt exonerarent ab eo quod ſuperfluum eis exiſtit) mitte-
rent ad uterum ac magis quàm ad alias partes corporis, propter motum ſan-
guinis quotidie deſcendẽtis, ex quo quidẽ expultrix uaſorum, excitata ad miſ-
ſionem, ad eam ſanè partem abs qua actractio aliqua nanciſcitur, facile mictet.
Ita quidem Gal. 3. Meth. medendi, & in. 3. de arte medicinali prohibet à parte
affecta incipere per calefacientia curationem phlegmonis, corpore plethorico
ſtante. Namq; per calefaciẽtia fieret aliqua atractio, & ſic maior fluxio ad par
tem affectam procumberet, medicamento atrahente protinus, natura repleta,
ut exoneret à multitudine micteret, ad locũ abs quo actratio aliqua fit, excita
tur enim natura ad fluxionem in eadem parte. Neq; autoritas Hyp. in tra-
ctatu de fœtus natura quam optimè ipſe Gal. 2. de facultatibus naturalibus de-

cernit, his dictis aliquo pacto obstare uidetur, singulis diebus, semine iu utero
existente, exiguum sanginis descendit: Dico exiguum, quòd semini modo sit iu
stum, hæc quidem moderata sanguinis quantitas, à uirtute atractiua seminis su-
geritur, quoniam plus illa quantitate minus indiget. Hoc quidem quàm uerissi-
mum esse asserimus, cum eo etiam id uerissimum esse, ab alijs membris plus iu-
sto repletis multitudinem grauantem, aut superfluam exonerantibus plus san-
guinis, quàm fœtus indigere uidetur, confluere. Idq́; in omni particula corporis
facillime uideri poterit, habet enim unaquæq; corporis particula, facultatem at
trahendi, quod sibi conueniens est, non solùm in qualitate, sed etiam in quantita
te, secundum iustum modum. Cur est quòd aliquando phlegmone, aut herisipe
late aliquo, materialiq́; affectu, præter naturam afficitur, ipsa tamen sana exi-
stenti, non plus quàm sibi conueniens est attrahẽte. Respondet Gal. quoniam ab
alijs fortioribus particulis sibi transmittitur, sic in uentriculo, in epate, alijs etiã
partibus phlegmones fieri, compertum habetur. Ita & in utero contingere, ne-
mo est qui ambiget, licet enim semen quod sibi in quantitate conueniens est tra
heret, uasis ipsis repletis mictentibus, plus sanguinis confluere poterit, quàm
opus esset, ex quo fœtus sequeretur deperditio, quam abortum esse supra notaui
mus. Vnusquisq; profectò non solùm peritus in arte, sed qui primis forsitan la-
bris, Galeni doctrinam gustauerit, id in cõmentarijs Hyp. 2. Gal. sæpe cogno-
uit. Quis ergo hoc negasset, nemo sanè, nisi prauè intelligat, quæ in arte docen
tur. Præterea quòd stante in toto redundantia sanguinis monentaneum pericu
lum, de suffocatione fœtus imineat, rursus demonstratur. Etenim fætu attrahẽte
exiguum, iuxta suam indigentiam, reliquum superfluum sanguinis unà cum illo
descendit, ergo suffucabitur fœtus, sequela constat antecedens probatur. 2. de
facultatib. natutalibus duo esse attractionis genera constat. Vnum per modum
successionis, sicut aera follibus. Alterum per qualitatis conuenientiam, ut ferrũ
à magnete, modo si attrahitur sanguis, à fœtu per uirtutem propriam, fit uaso-
rũ aliqualis inanitio, ad eã altera quãtitas sanguinis succedit, & sic per quandã
successionẽ Armonicã, una alteri succedit, totaq́; quãtitas superflua sanguinis
delabit ad uterũ, & .2. suffocabit fœtũ: q, nõ esset ubi uasa nõ admodũ cũ pletho
rica cõstitutione persisterẽt. Quemadmodũ si ab aceruatis lapidibus, unũ substu
lero, alter succedit, omnes alij super existentes simul ruerent. Ita totus ferè san-
guis præ multitudine ad uterũ flueret, per successionẽ illius sanguinis astracti,
non enim in primis mẽsibus præcipuè, ãta sanguinis quantitas attrahitur, ut
possit auarã naturã reddere, quin ad partẽ à qua fit attractio, mictere ꝓhibeat.

Ad id Auicenna prospiciens. 22. fen. 3. tra. 2. cap. de conseruatione Embrionis,
Posuit quidem de causis corruptionis fœtus dicens, quandoq; menstrua ante con
ceptionem non sunt menstrua necessaria indigent mundificatione, quoniam si
non mundificentur ex eis Embrio corruptionem reciperet. Idem Auerr. 7. col
lectorij sui apponit, in primis mensibus repletionem, quia fœtus non indiget.

HIS itaq; uisis, & ab omnibus cõcessis. Dicũt isti viri, q, nõ ex hoc sequitur
quin uterum gerenti plethoricæ, circa primos menses conueniat uenæ in
cisio. Namq; illa humorum redundantia non semper substractione sanguinis
submouetur, sed in sanis alia afferre possumus auxilia, ut. 5. Methodi medendi,
Galenus testatur, uel inediam, uel frictiones, uel balneum, uel exercitiũ, aut pur-
gationes, quare adhibito bono regimine ingestante uterum, statim submouebi-
tur ille plethoricus concursus: sed malè profectò Galeni decreta exercẽt, Gal.
in Com. de curandi ratione, per sanguininis emissionem, ut in. 4. de ratione ui
ctus acutorum contra minodotum uolentem plethorã non alio instrumẽto pos-
se euacuari, quàm per sanguinis emissionem, uel substractionem, atq; in hac ple
thorica dispositione tantum esse sanguinem mictendum, uolit itaq; Gal. nõ sem
per in plethorico concursu esse faciendam sanguinis subtractionem, sed & fri
ctionem, & balnea multa, & abstinentiam tribus, uel quatuor diebus, & etiã in
alijs hoc auxiliũ à dictis plethoricis dispositionibus conuenire. Cum enim ple-
thorica fuerit dispositio, at patiens sanguinis detrctionẽ non suffert, uel quoniã
uires non suffeũt, uel propter habitum mollẽ, ut quibusdam accidit mulieribus,
uel propter uentriculi aliquem affectum, sic in his qui cruditatibus laborant, ma
ximum malum esset, si in his sanguinem mictamus, sed alijs prædictis auxilijs
tutius curantur: At ubi morbus esset magnus, uirium existente robure, ætate pa
riter consentiẽte, sanguinẽ mictere expedit: Sunt enim hi tres præcipui scopi
ab Hyp. 4. de ratione uictus appositi de sanguinis emissione: Et Gal. in lib.
de ratione curandi per sanguinis missionem, sub morbo magno, non solum
præsentem morbum intelligit, sed futurum, sub quo reponitur plethora, nam
ex ipsa, multi morbi magni futuri existunt, Quare stante plethora, robore
virium, ætate, expedit, non aliud admouere præsentissimum auxilium, nisi san-
guinis missionem. Istud enim auxilium est momentaneũ, alia uero ad tempus
plethoram remouent: sed ut Galenus allegato Com. dicebat, in mulieribus ple
thoricis non esse prorogandam euacuationem, quia in eis oportet sanginem
mictere, aut uena incisa, aut scarrificatione.

Quamobrem stante plethorica dispositione in uterum gerenti, quæ pericula
dicta impendunt, opus est in primis mensibus ipsam soluere, neq; esse in eis pro
rogādam euacuationē. Num poterit curari alijs auxilijs, quàm sanguinis emis-
sione? Et certè nemo sanæ mentis assereret: nam nō poterit adhiberi inedia tri
bus, uel quatuor diebus: siquidem inedia hæc Hyp. Gal. cæterisq; medicinæ bo-
nis autoribus testatis, abortū pariet, tum etiam qui magnopere mulieres ex hac
inedia triduana, uel quatriduana læderentur, & propter mutationem consuetu-
dinis, ut dicit Hyp. in. 2. de ratione uictus acutorū. Et si os ventriculi fuerit de
bile, uel ad ipsum humor biliosus conflueret, quemadmodum sunt picrocholi, in
extremum porrò malum deuenirent, hac utentes inedia. Sed dices, licet hac ine
dia læderentur, administranda est cibi parcitas? Id minùs benè censetur, nanq;
parcitas cibi non est sufficiens auxilium ad plethoricam dispositionem submo-
uendum, nisi per multum temporis spatium, ut omnibus notum relinquo. Atqui
prorogandam in his euacuationem, propter iminens periculum, aut de abortu,
aut de subita suffocatione caloris naturalis, & subitanea morte non esse, vt di-
xi ex Gal. in trastatu de curandi ratione per sanginis mißionem: perdiximus
etiam mulier ex ea parcitate debilitare ur, quoniam parcitas cibi periculosa est
sanis. 5. & 4. Apho. primæ sectionis Apho. Et licet alijs sufficiet cibi parcitas
ad plethoram submouendam, id sanè cum administratur, multa contemplari de-
bent, & consuetudo, & habitus, & os uentriculi, ut in. 2. de ratione uictus acut:
docet Gal. Quare uterum gestantes cum plethorica cōstitutione, minùs benè
huiusmodi parsimonia utuntur, & si aliquæ uterentur, id proculdubiò non absq;
periculo multorum sumptū fieret: & cum magna mora, citiùs enim sanguinis
redundantia posset noxas dictas inducere, quam ex cibi parcitate cibi corrigi
uideatur, neq; motu poterit amoueri huiusmodi plethoricus sanguinis cōcursus,
quoniā est periculosus, facit enim abortū: neq; frictionibus, ut isti dicunt. Nāq;
frictiones non possunt admoueri nisi partibus superioribus, quoniam inferiori
bus particulis abortum facerent, ut. 13. Methodi constat, sed cum redundantia
in toto corpore prósistit, & æqualiter, Igitur frictiones in toto, æqualiter eßēt
agendæ, si ergò totū corpus esset euacuandū, per instrumenta fieri habet, quod
sanè æqualiter totum euacuat, at in partibus quibusdam frictionibus admotis,
non poterit æqualiter, à toto inanire, ut uisum est quoq́; Gal. 2. tuenda valetu.
relinquitur igitur tutum, atq; momentaneū auxilium absq; periculo aliquo in
plethoricis uterum gerētibus esse sectionē uenæ cubiti internæ, & hoc in præ
dictis mensibus cōuenientius: Amplius falsò credit, ex eo quòd fœtus nō potest
attrahere

attrahere nisi sanginem bonum in primis mensibus, ideò uitiosus sanguis non
poterit inducere abortum. Loquitur enim Gal. 5. sectione Apho. 37. de nutri-
mēto fœtus: trahit enim ad se ex sanguine quod dulcißimū, simul autē & lactis
parte aliqua fruitur, hæc autē secretio fit ueniente sangine ad uterū, non enim
secernit sanguinē hunc à uenis remotis, aliâs in mēbranis pariter sanguis etiā
hic dulcißimus abūdaret, sed in utero secernit: quod bonū est ad se trahit, quod
sibi non cōueniens in membranis, reponitur: quod constat ex Gal. primo de cau
sis sintho. afferente in primis mensibus abundantes esse uterum gerentibus ui-
tiosos succos, quoniam fœtus non indiget nutrimento magno, quod ad se attra-
heret, sed si indigeret, attraheret proculdubiò, & in mēbranis apponeret, quod
sibi nō conueniret, quam ob rē uitioso in toto corpore sanguine existenti acri,
& mordaci ad uterum descendēte abortus fieri poterit, & de facili fiet, ut Gal.
testatur. 3. de facult. natural. Ponens tria, quibus uterus properatur ad expulsio
nem fœtus: Molem, pondus, & morsum, uteri namq; ubi uel distendi amplius non
tollerāt uel etiā qualitate humoris, in se effusi, mordentis, quod offendit, abijcere
properant, id autē non sponte, ntauraliter accidere tantū, Gal. autore, sed uiolē-
t er irritari, quo casu abortus prouocatur. Quamobrem abortum fieri ex uitio
sis succis, cum sanguine ad uterum profluentibus, nemo dubitat profectò: Qui
sanè morsus ita in utero contingit, ueluti in uentriculo, qui ex mordentibus suc
cis ad expulsionē prouocatur, sit & uterus ex prauis succis, qui nō solū mordēt
uterum, sed in mēbranis contenti disrūpunt ipsas, atq; ad uterum effundūtur, ac
fœtū, totumq́; partum corrūpunt, quo fit ut uterus irritetur ad expulsionē, & est
casus qui recensetur ab Hyp. 3. epimidion de muliere apud Patimidem abortiē
te, cuius causā fuisse Gal. asserit, malos humores collectos in uenis: Ob id Aui.
superiori loco alligato uoluit menstrua indigere mundificatione, quæ nullo alio
auxilio fieri debet, quam sanguinis detrectione: sicut etiā Auerroes censuit. 7.
Gollig. Cap. 4. comparat enim duo instrumēta in prægnatibus admouēda pur
gationē, & uenæ incisionē, & tutiùs esse ait in uterum gestātibus sectionē ue-
næ adhibere, quā purgationē, quæ habet per medicamēta fieri, & sumit à Gal.
.2. de ratione uictus. acut. & in Com. de curandi ratione per sanguinis emißio
nem. Namq; venæ sectio cum hoc quod tutiùs administrari poterit, cōfert qua
tenus quod superfluū sanguinis est, quò fœtus nō indiget, submouet: Et hæc sa
nè fuit Auerrois intentio. Præterea si mulieres uterū gerētes nullo præter na
turali affectu laborantes uenæ incisione abortirent (copia tamen sanguinis exi
stenti) multò magis cum aliquo acuto morbo afficerentur, & ut pluribus id cō-

tingeret, sequela constat ex Hyp. ut Galeni decretis. 2. de ratione uictus in acutis. 20 generaliter quodcunq; lædit sanos fortius afficit ægros, quandoquidem qui ita acutè laborant imbecilliores existunt. Atque ut asseris, his gerentibus uterum acuto aliquo morbo affectis per sanguinis mißionem esse opitulãdum, neque ob id abortiunt (nisi quàm rarißimè) ut sæpe experientia comprobatur, quam ob rem ipsis sanis existentibus minime ex eodem auxilio abortient.

NOstræ & sententiæ, & ueritati ipsi: Cornelij Celsi auctoritas (qui sanè nimia fuit Hypo.) fauet in. 2. libro, Cap. de sanguinis mißionẽ conuenire. Venam autem incidere conuenit, non contemptione dúmtaxat, notata, sed uirium robore, quòd si Senex robustus, Puer firmus, grauida mulier ualens, tutius uenam incidere, in his possumus, quo fit ut si uterum gerentes, plethorica laborauerint dispõne, sanguinem mittere de uena cubiti interna in prædictis mensibus expedit: uerum si mulier a'bida fuerit, uenas habuerit angustas, nullo plethorico concursu affecta, nulla ratione uenam incidendam esse, affirmamus, quis enim hoc nesciret, magnam in ea afferre noxam, atque abortum prouocare potius, quàm uetare? nemo profectò non modò peritus in hac scientia, sed forsan idiotus, atq; uniuersæ obstetrices, & uetulæ nõ ignorant. Non est itaq; in hoc elaborandum, sed de plethoricis disponibus affectis, usum uenæ incisionis commendauimus.

NEque rationes contrariæ obstant, dices omne illud quod per se causa est abortus, non potest ab eo præseruare, huiusmodi est sanguis mißio, ex Hyp. 5. sectione Apho. 31. igitur non præseruat: uideas quantùm ualet ista. 1. ratio: hac subsumpta maiori, inedia, atq; cibi parcitas, dubdamus) faciunt abortũ igitur cibi parcitas, nõ est præ seruans ab abortu, constat enim per cibi parsimoniam, mulieres uterũ gerentes abortire, ex his, quæ supra retulimus, patuit. Pari ratione frictiones, & motus faciunt abortũ, ergo non possunt, ab eo præseruare nullo modo, tu autẽ oppositũ machinaris. Quapropter dicamus pro nobis, & ipsis, quod idẽ auxilium diuersa ratione ad motum, poterit diuersos inducere affectus, quemadmodũ de Reubarbaro compertum est, ipsum in sua substãtia astringens est, in infusione uero aperit, sectio quidẽ uenæ in uterũ gerẽti, non plethorica in poplite, uel malleolis, abortire facit, nec poterit hac ratione ab eo præseruare. In plethorico sanguinis concursu posita, uterum gestantem ex uenæ cubiti interna, ab abortu præseruat secunda ratio pari modo diluitur, cum enim dicitur quacunq; ex causa destruitur fœtus, ex eadẽ nullo modo fieri poterit, ut seruetur, sed alimenti defectu fœtus corumpitur, nõ ergo ex ea poterit defendi:

terit defendi:

terit defendi: sanguinis autem mißio fœtui amouet alimentũ, Gal. autore in. 5. sectione Aph. 31. dicimus quòd pari modo parcitas cibi, aliaq; auxilia non poterunt fœtũ seruare, nã sub maiori adiungamus multas minores, parcitas cibi minuit alimentũ fœtui, Estq; una de causis abortus, ut supra ex Hyp. dictis patuit, ergo nullo ratione poterit esse causa fœtum tuens, quare redarguitur magnopere per has rationes, Quamobrẽ sanguinis mißio, alia ratione amouet fœtui alimentum, alia ratione nequaquàm, Immò facit ut fœtui melius, tutiusq; nutriatur: Nam ubi non esset redundantia, destrueret alimentũ, ubi autẽ adesset redũdantia, remouetur quantitas, qua fœtus non indiget, remouenturq; mali succi, sanguisq; ab ipsis mundificatur, tuetur igitur fœtus, & molliorẽ sortitur tẽperiem. Tertia ratio si minùs uidetur, quòd fœtui inferatur noxa, & inedia, quàm sanguinis emißione, sed inedia est causa abortus, ut Gal. in præallegatis, Aph. 5. sectionis: igitur ex ipsa mißione magis fieret abortus, ratio hæc in multis deliquit, prima quòd quandoq; uterũ gestans minùs lædatur ab inedia, quàm à sanguinis mißione, nam in tempore frigido, intẽperatura calida, in ore uentriculi debili, magis inedia est offendens, quàm sanguinis mißio, facilè enim in syncopim deueniet, quod quidẽ per sanguinis mißionẽ minus fieret, ut primo de ratione uictus, acut. cap. 37. asserit Gal. hæc enim corpora minus possunt inediã sustinere, tũ etiã, quoniam sunt mulieres assuetæ sæpè comedere, si enim ab hac consuetudine subitò permutarentur, non esset absq; magnis noxis, quas recẽset Hyp. 2. de ratione uictus acutorũ, per incisionẽ aũt uenæ, non incurrẽt in prædicta nocumẽta, quare nõ est uerũ quod in ratione assumitur: Præterea si per inediã fieret abortus, quo modo sequitur igitur, & p sanguinis mißionẽ, magis deberet sequi, profectò nullo modo id ferendũ est. Nã sanguinis mißio tuetur ipsũ si fieret modo dicto. Quarta ratio pariter ruit, per alui profluuiũ uterũ gerentes abortiunt, quæ est aliorũ humorũ à sanguine excretio, ut. 5. sectione Aph. 34. Hyp. & Gal. asseuerarũt, ergo magis abortient per sanguinis mißionem, quæ immoderatius fœtui alimentũ subtrahit. Respondendũ similiter erit q sanguinis mißio adhibita non in plethorica dispositione, neq; quemadmodum diximus, facit abortum, ex utraq; enim causa mulier abortit, sicut ex multis alijs causis, ex alui enim profluuio, quoniam debilitatur fœtus, & nutrimento priuatur, abortit, sed nõ semper, nã Hyp. dixit periculũ esset abortus, quoniã si uterũ gerẽs fuerit chachochimia dispositione affecta iuuat, ex alui profluuio (si tamẽ non extra modũ euenerit) uterũ ergò gestãs chachochimosa meli⁹ se haberet ex pfluuio alui, pariter ex sanguinis mißione si plethorica dispositione affecta esset,

ſummopere iuuaretur, dummodo non tanta ſit, quæ motũ, ac cõmotionem in ute-
ro inducat. Quinta ratio ita currit. Quæcunq; corpora mediocria absq; ma-
nifeſta occaſione in prædictis menſibus abortiunt, Eius cauſa eſt multitudo mu-
coris in uteri acetabulis, quæ ipſa diſrumpũt, ſed ſanguinis miſſio non ſubmo-
uet hãc cauſam, immò auget, quare in prædictis menſibus non eſt admouenda.
Dico quòd parũ iſta ratio ualeret, ſi tantũ una eſſet cauſa abortus, in prædictis
menſibus, ſed quoniam demonſtratũ ſufficienter fuit, alias internas eſſe cauſas
abortus, & maximè ſanguis ultra modum redundans, ratione iſtius, commẽ-
datur, & non adeducendũ pituitoſum humorem laxantẽ ora uenarũ, quibus ute-
ro fœtus alligatur. Dices, Hyp. dicit ſi abſq; manifeſta cauſa in prædictis men-
ſibus abortus eſſet, mucorem in acetabulis eſſe cauſam. Dico quòd loquitur non
de omni uterum geſtãte, quæ abortit, ſed dixit de mediocriter corpulentis, per
hoc ſanguineas mulieres excluſit, atq; plethorica diſpoſitione affectas: nam me-
diocriter corpulentis habitus eſt moderatus, non ad ſummũ repletus in his, nos
non affirmamus procautione abortus ſanguinis detractionem, adminiſtrandam
eſſe. Altera ratio humoribus crudis in uentriculo exiſtentibus, non debet ſan-
guinis detractio fieri, Gal. in lib. de ſanguinis miſſione, & .12. Methodi, ſed in
uterum gerentibus, ſemper, uel plurimùm in uentriculo tales abundant ſucci.
Quare ex miſſione ſanguinis attraherentur crudi ſucci ad uenas, ſequitur cor-
ruptio, commotio, animumq; deliquiũ, & appetitus ablatio: Deficit etiã ratio,
Primo, quia cruditas horum ſuccorũ, nõ in omnibus uterum geſtãtibus accidit,
ſed his tamen, quæ ſunt chachochimoſæ ante conceptũ. De his enim Gal. loqui-
tur, Nam accidit ꝙ in hanc diſpoſitionẽ (uidelicet eſſe in tunicis uentriculi ui-
tioſæ qualitatis ſuccos) maximè mulieres incidunt, quæ uitioſi ſunt ſucci, cum
grauidantur. Hi autem ſucci uſq; ad .4. euacuantur menſem, ſicut ibidem Gal.
oſtendit: Nos autem loquimur de plenitudine, non de chachochimia. Ratio igi-
tur haud ad propoſitum ducitur. Præterea cum adhibendũ auxilium hoc uterũ
geſtantibus uenit, intelligere perpetuò conuenit, ne ſit alquis effectus prohibẽs
ſanguinis detractionẽ, ut debilitas, aut grauitas oris uentriculi, aut nauſea, aut
ciborum faſtidium, malusq; appetitus: iſta ſanè prius corrigimus, deinceps ſan-
guinem mittere expetit. Præterea ſi hæc non fuerint intenſa, robore uiriũ exi-
ſtente, non omnino à uenæ inciſione prohibetur, ſed parcè, indicant ſanguinem
mittere: Prohibetur autẽ cũ ea ſymptomata fuerint aucta, quoniã cum illis ſem-
per eſt uirium imbecillitas, quæ prohibet ſanguinis ſubtractionẽ, ut dixit Gal.
de curandi ratione per ſanguinis miſſionem copia enim crudorũ humorũ uires
deijcit. 12.

deijcit. 12. Methodi medendi, alijs tunc auxilijs utemur, derelicta ſanguinis miſ-
ſione. Amplius & eſt alia ratio in prædictis menſibus uenæ ſectio cõuenit, nã
ex Aph. dicto ſupra in omnibus menſibus inciſionem abortum facere aſſeritur.
Ad hoc reſponſionem ſupra adduximus, qua ratione ſit intelligendum, Vltimo
ex autoritate negatiua proceditur, Si hoc auxilium poſſet ab abortu præſerua-
re dixiſſent, Hyp. 2. Gal. alij ſimiliter Græci, ſed non dereliquerunt id ſcriptis,
quare: ſed iſta ratio minus eſt ſibi conſtans: ſi enim Hyp. 2. Galenus uterum
gerentibus, ut ab abortu tuerentur, ſanguinis detractionem faciendam haud
quaquàm ſcriptis reliquerunt. Quam ob rem nos facere minus deberemus: Pa-
ri quidem ratione diſſerendum eſſet, qui cum uterum gerentes aliquo laboraue-
rint acuto morbo, ex cuius ratione ſanguinis detractio quàm maximè foret ne-
ceſſaria, ut in pleuritide magna, aut angina, minimè in eis uenæ ſectio admouẽ-
da ueniret, quoniã neq; Hyp. neq; Gal. hoc in uterũ gerentibus auxiliũ ſcriptũ
dereliquerunt: Laborantibus enim uterum geſtantibus morbo acuto, Hyp. pur-
gationem adhibendam eſſe, ſcriptum reliquit, in .4. ſectione Aph. primo, & in
5. Aph. 29. nullibi aũt habemus eſſe detractionem ſanguinis faciendam, nã per
purgationem, ut teſtis eſt Gal. intelligenda eſt, ea quæ fit medicamentis pur-
gantibus, & non ſanguinis detractione, ut in prima ſectione Aph. 2. in .4.
Aph. primo: igitur pleuritide laboranibus, aut angina, aut interna aliqua phle-
gmone, non eſſe ſectionẽ adhibendã, quoniã in morboſis affectibus uterum ge-
ſtantiũ, hoc auxiliũ ab Hyp. nõ eſt nobis in ſcriptis derelictũ: ſcripſit benè Hyp.
in turgẽti materia purgationes à .4. uſq; ad .7. ſed ubi morbus ſanguis indigeret
detractionẽ, dereliquit ipſam in uterũ gerentibus, quare nõ opus hoc in morbis
dictis adhibere auxiliũ, & nihilominus ſecus ueritas eſt: opitulari enim debe-
mus cum ſanguinis detractione, ut aſſeris, quemadmodũ apud maiores noſtros
ſæpe eſt experientia cõprobatum, non tantũ ſemel in huius morbis detrahimus,
ſed bis, & ſepties ſi expediret, ſicut omnes medici experiuntur quotidie: Nemo
tamen medicus eſt, qui hoc ſæpe, & frequẽter non uidet. Quam ob rem dicitur
ex celſo .5. aducto, res uetuſta eſt in grauidis ſanguinis miſſionẽ prohibere, ſi-
cut in ſenibus, & pueris, ita ergo antiqui perſuaſerãt ſanguinem mictere in ge-
ſtantibus uterum, abortũ facere. Poſtea uſus oſtenditur, nihil horũ eſſe perpe-
tuũ, nam in ſene robuſto uenã ſecamus, in puero firmo ſanguinẽ detrahimus, ut
Abinzoar fecit in puero triũ annorũ, in uterum gerente uſu, ut experientia cõ-
ſtat comprobatũ non facere abortũ, in omnibus enim magnopere uires ſunt re-
ſpiciendæ. Sic ergo & experiẽtia plus non eſſe futurũ quod antiqui trepidarũt.

Præterea licet nõ scriptis reliquerunt hoc auxilium expreßè, ex methodo,uel
alijsq; legibus artis cõstat.Curã.n. plethoricæ cõstitutionis docuerũt in uniuer
sum,per uenæ incisionem, tribus scopis præpositis magnitudine morbi,sub qua
plethora subauditur,robore uiriũ,& ætate,sic pariter his stantibus in uterũ ge
rentibus,sanguinẽ misimus.Et si dices dixerũt hoc auxiliũ facere abortũ.Dixi-
mus uerũ esse,non stante hac dispositione. Et si diceres,neq; in hoc est experien
tiæ cõprobatio,nã requiritur ad experientiã,& longus usus,& pariter ratio,
quæ ipsam ornant.3.Methodi,sine enim ratione quàm infirmißima est experiẽ
tia.9.de placitis Hyp.& Platonis, dixit Gal.Sed dicimus quòd experientia cẽ-
set,quæ est rei euidentis tota obseruatio,seu memoria,ut Gal.de suffiguratione
ẽpiria testatur.Appellat.n.experientiã,quã à se quispiã intuitu ipso deprehẽde
rit cognitionẽ, quæ ex intuitu habetur,uel est fortuita,uel consulta, ex qua ex
perimẽtali efficitur disciplina,quæ habitus est causatus ab his quæ sæpe,& fre
quenter apparuerũt.Frequẽter enim cõstat uterũ gerẽtes ex sanguinis mißione
ab abortu fuisse seruatas.Id aũt & nos proprijs oculis sæpe uidim⁹,Alijq; hisce
tẽporibus nostri cõsocij,toties uiderunt,& in usu tenẽt, atq; quotidie experiẽtia
cõprobant.Ita sanè contigit apud mulieres occultè concipiẽtes, ne infamẽtur
abortire cupiunt,morbo aliquo ex supreßis mensibus laborare sesimulãt, aduo-
cãt medicos,qui profectò inscientes de cõceptu,impede uenã incidũt,nõ semel,
sed bis,neq; abortire uisæ sunt.Sæpius enim id cõspicitur,licet nõ ex uena pe-
dis sanguinis mictendus sit,ut ab abortis tueãtur. Cæterũ ut nemo sit,qui in re
hac trepidet,sed animosè uenã incidat,neq; ediã,uel exercitiũ adhibeat, sentẽ
tiã Gal. ante oculos habeat,de uenæ sectione,aduersus Erasistratũ, edocet.n.
nũquid per uenæ sectionẽ,an per inediã cõuenientius substolletur ipsa plenitu-
do,uerba cuius licet subscribere. Postquàm itaq; euacuationẽ esse cõfessum iam
semel sit,ego eã omniũ facillimã,atq; expeditißimã, uenæ sectione perfici arbi
tror,utpote p quas ipsas etiã inflãmationes solas celerrimè euacuare possumus.
Cũ è diuersò inediæ, præterquàm quòd longũ tempus requirat, etiã uniuersum
habitũ æqualiter euacuãt,atq; istud nequaquàm cõuenit.Cur enim quis id eua-
cuet,quod euacuatione opus non habet? Aut cur eliquat carnes cum sanguinem
subtrahere liceat? Vt iterim noxas reticeã quæ ex inedijs necessario euenire so
lent,ac uirtutẽ defatigatã, & succos biliosiores, amarulentioresq; redditos fre-
quentes item cordis morsus,atq; inquietudinem, tum deiectionem alui reiectio
nem,& omnia deniq; excrementa,acerbiora,maligDnioraq; effecta,Et post pau-
ca subscribit, nã & quid inedia ad plenitudinis euacuationẽ cõferat,ego quoq;
consentio,

consentio,uerum longo tempore,magno cum nocumento,eam efficere id dico.
Motus pariter suspectus,& timorosus est,in plenitudine,ut Auerroes autorita-
te Gal.4.Collectorij recenset,cap.de singulis plenitudinis sanguinis, & idem
Gal.in Comentario allegato. Præterea Nicolaus Florentinus uir magnæ ex-
perientiæ,in.6.tract.3.cap.16. dicit flobotomia parua facta in prægnante nõ
facit abortire.Immò ego uidi multas grauidas sponte flobotomatas, nullũ inde
pati nocumentum, & in casibus magnæ repletionis sanguinis,hæc ille. Voluit
tamen quòd prædictis mensibus magis tutius administratur.Licet quandoq; tu-
tius in medijs,& ultimis mensibus administrari poterit, quàm in prædictis men
sibus,in casu quo in ultimis, & medijs, magna aucta sit sanguinis copia, & in
prædictis aliquod symptoma fuerit præsens,prohibens subtractionem sangui-
nis,ut repletio magna crudorum humorum in uentriculo,& quæ diximus. Am
plius & multi alij experti sunt,Et Montagnana uir maximæ experẽtiæ: Præ
terea Michael Sauanarola Patauinus, qui per multos annos experiẽtia usus est
tractat.6.cap.12.Asserit per incisionẽ uenæ uterum gerentes, multas fuisse ab
abortu præseruatas,quæ prius abortiebant:Postea facta detractione sanguinis
non amplius in abortum inciderunt:Et dicit,& credit quòd Domina Marchio-
nissa de Monte Ferrato ob hanc causam abortiebatur:Et quidam Medicus cau-
sam agnoscens,flobotomauit,& fœtũ ad lucem ædidit,cum antea semper mor-
tuos ædebat.Hæc quidem experientia cum ratione est,ut supra patuit.Hoc er-
go auxiliũ, ut ab abortu proseruarent,plures alij magnæ autoritatis, quos mo-
dò breuitatis causa relinquo, adhibuerunt. Hæc habui dicere in re hac,vos ad-
monẽs ne propter nenias aliquorum prohibentium penitus uenæ
sectionem,in uterum gestantibus,præseruando ab abortu,
trepidè dimictatis hoc auxilium neceßarium, ut fœ-
tus ad lucem ducatur .Certè hoc non absq; peri-
culo uestræ conscientiæ dimittetis:& contra iusiurandum.Hyp.facietis.
Et Deus benedictus non impune dimittet uos:cui sit honor,& glo
ria, & imperium, in sæcula sæculorum.Amen.

τέλος.

Romæ apud Valerium Doricum, & Ludouicum
fratres Brixianos.
M. D. XXXXV.

EIVSDEM IOANNIS ANTONII BOZA EVOTRAE APOLOGIA DE SECTIONE VE*næ in grauida muliere, pro cautione abortus. Vt illa subinde maladicendi occasio maleuolis nulla reliqua esse possit.*



INVIA VIRTVTI



NVLLA EST VIA

M. D. XLV.



PRobi uiri, qui simplicem, ac nudam assequi cupit ueritatẽ, Officium esse puto, non inquieto animo ferre, siquis eã rectius inuenire tẽtarit, sed ei potius gratias agere. Quid igitur causæ fuit, Quam ob rem quidam, cum ipse proximis diebus opusculum quoddam de cautione abortus, ex missione sanguinis ediderĩ in plethoricis, uterũ gerẽtibus ut neq; animi, neq; linguæ cõpotes esse potuerint, chartas ediderint quasdã, tot conuitijs, ac iniurijs scatentes, ut ne linea quidem una ijs non refecta esse uideatur. Nam in ijs quæ scripsimus, nihil est quod quempiam offenderit, aut lacessierit, sed ueritatis inueniendæ gratia, ad quam sanè natura ipsa parente, ac admirabili quodam amore trahimur, atq; ducimur, ansam ipsam suscepimus. At nobis quibꝰ cũ eruditione modestia sẽper fuit adiũcta, par pari referre nõ licet. Disputationis namq; nostræ institutum, non inimiciciæ, rixæ, pugnæ, siue conuitia esse debent (hæc enim proculdubiò molesta sunt, eruditis, ac sapientibus, in quos nulla prorsus iniuria cadit) sed ueritatis quidẽ inuẽtio, qua nil dulcius, nilq; amabilius, esse putarint. Addeq; multa calumniæ potius, quàm ueritatis gratia nobis obijcere quærunt, quæ profectò, neq; propter ignorantiam intellecta sunt: neq; propter socordiam intelligi tentata, nec & si sint cognita iustè examinata, ueluti apud eruditos res ipsa clarissimè se ostendit, apud quos sanè, superfluũ mihi uideor aliter elaborare. Proinde & superfluum itidem, fore apud proteruos, ac si quis asino fabulam narraret, Sed propter uos candidatos discipulos, nondum artis peritiã consequutos, qua Aristotele autore, quid rectè, aut non rectè dicatur, facilè perpendi poterit, & ut ineruditis maleuolis medicis illa calumniãdi nulla occasio reliqua esse possit, hanc Apologiam conscripsimus.



EX multis quæ, in nos istat, hæc sunt, quæ præcipuè sibi uidentur refellenda, & primùm est, nullum statuisse nos discrimen inter curationem, & quod Græcè prophilaptices dicitur, Latinè præuisio, seu prouidentia, & tamen apud Galeni sententiam summopere discrepant, id sanè ex titulo coniectatur, nam de uenæ sectione, habet in uterum gerenti procuratione abortus, atqui uel de ipsa prophilaptice propositum fuit, quæ præcautio abortus est, haud quaquàm de curatione, sed calumniæ potius, quàm ueritati studio, nos emandare cupit, superbia, atq; arrogantia obcecatus, ea sanè nobis asserere imposuit, quæ nec per somnium in mẽtem uenerunt, titulus namq; opusculi pro cautione abortus, alius titulus, pro præseruatione abortus, deinde questionis propositum. Si uenæ sectio in uterum gerenti mulieri, nullo præternaturali affectu laboranti, poterit ipsam ab abortu tutè præcauere, absq; aliquo periculo, atquidem in toto nostro disserendi genere, neq; sermo aliquis de curatione fuit affectus sed in uniuersum de prouidentia abortus, ac de pura prophilaptice apud Græcos, quam nos sæpe præcautionem appellauimus abortus, hæc si animũ aduertisset, utiq; calamo, & linguæ pepercisset, sed impræssoris forsan conuitiũ nobis ascribit, quòd in principio tituli, ubi cautionem scripsimus, ipse ob eius quidem imperitiam curationem impressit, sed nos emẽdauimus quidem, hanc sanè chartam subripuit clàm, calumniandi studio, ante nostram emendationem, sed hæc nullius rei sunt, modesto quidem erat ingenio, & quieto usq; adeò nostras impressiones habere, quin à nobis & scriptis fuissent emendatæ: & si concedatur ei, quod ita fuisse scriptum, ut fraude asserit, non'ne apud ipsum Gal. præcautio pura, seu pura prophilaptices curatio quodamodo dici poterit. Ita sanè scriptum nobis reliquit Gal. Commẽtario secũdo de humana natura, itaq; curatio dicitur etiã eorũ, quæ efficientia sunt morborũ, atq; causis efficiẽtibus morborũ nedũ generatorũ iã morborum pura prouidẽtia ascribitur, ergo & curatio, & pruidẽtia eisdẽ ascribũtur. Efficiẽs nãq;, & in actu, & potẽtia 2°. de phisico auditu, sub distinguit, nõ solũ genitis, igitur morbis curatio conuenit, sed causis efficiẽtibus absolute, quid inde mali esset, si curatio uniuersaliter pro ipsa pphilaptice pura fuerit assũpta, sed tu sapienti narras, & frustra, quid intersit apud Gal. inter puram prophilapticen, & curationem, rem sanè lippis, & tonsoribus pernotam præterea, Gal. primo commentario de differentijs febrium loquẽns de præcautione corporum à pestilenti febre, quæ sanè pura est prophilaptice, ita scripsit. Est igitur ea quæ præcu-

stodit dicitur curatio quodamodo, sed ipsa quando quidem nomina apud medicos confunduntur, sicut in altero libro est à nobis ostensum, omne medici opus errorum, quæ circa humanum corpus est correctiuum, sed nihil ista subtilitate sermonis, in hoc loco indigemus, siue in duo nomina diuidas totam curationē, & præcustodiam, siue ambo in unum colligas curationem nominans, ita & nos nemo prohibeat, puram præcustodiam, quodamodo curationem appellasse, atqui uel ut sæpius Galenus admonuit, fugiēdas esse de nominibus disputationes, quod & sophisticis proprium est, ita sane in re hac amplius commorari ex asini esset prospectu.

Quod putarim ad huiusmodi quæsiti dissolutionem, non satis conducibilē esse de uteri dissectione, ac fœtus formatione dignotionem.

ADuersus quod, Gal. sententiam adduxit. 9. de placitis Hypp. & implærisq; alijs locis, ille singulis conuenientem, & præseruationem optimè tenebit, qui naturalem corporis constitutionem prospexerit, quæ in simularibus elementorum est æqualitas, in instrumentarijs ex similiarium numero, & quantitate, ex formationeq; insuper, singularium partium, & positura resultans, est compositio, præterea & funtionem, & usum singularum, partium prædiscere, operepræcium esset, siue curare uitium partis, siue ad meliorem statum ducere expediat. In hoc quidem quàm iniustissimè dicta nostra decernit, quis hoc unquàm negauit? duo enim nos illis uerbis unicuiq; dixisse constat, anathomiæ uteri dignotionem, ac fœtus formationis, silentio præterituram, tum quoniam res ipsa à Gal. locis à nobis adductis, facillimè perdocetur. Vnde uidebar dictis illius autoris longas chartas replere, tamen quoniam ad huiusmodi quæsiti dignotionem, non satis conducibilem, atq; necessariam. Sæpe enim ab Aristotele, Platone, Galeno, omnibusq; eruditis uiris, didicimus, quod cum aliqua proponitur dissepratio, terminos: illius sanè questionis, si qui ignoti fuerint, esse definiendos, ut primo elenchorum ab Aristotele, prima sectione Apho. 13. & in cōmentario ad transibulum, an sanitas sit pars gimnasticæ, uel medicinæ, ex Gal. docetur, atqui in proposita questione, si grauida mulier poterit tutè cauere abortum per uenæ sectionem, nec de fœtu, nec de utero, aliquis factus fuerit sermo, at de abortu uenæq; sectione, quam ob rem qui termini, noti persistunt supponendi, qui uerò obscuriores fuerint, definitione sanæ dignoscendi uenirent, non enim de uteri dissectione, atq; de fœtus formatione disserendum esset, uti de abortu, quibus item mensibus contigat, atq; de uenæ sectione, quid nam grauida dicatur mulier, quid nam insuper præcustodia. Cæterū Aristotele, eodem

autore in

autore in omni questione, aliqua supponēda esse, aliqua uerò dignoscenda, ita sanè ne omnia in dubium reuocarem, aliqua suponimus, ut nota, ut quid præcustodia, quid uenæ sectio, quid mulier grauida, uerū tamē, cū quid nā abortus dicat, non satis dilucidè, atq; notū sit (sicuti nec tibi) quāobrem, quodamodo sermonē de ipso habuimus, nō est itaq; quis, nobis imponēs. (uti tu sincerū uas incrustas) anathomiæ dignotionē, & ad præcustodiā, atq; curationē uitiorum, nō esse necessariā, sed in proposito quæsito silētio transeundā sanèq; supponendā, nihil igitur ad rem, sed uerū de prospectu asini, litem concitasti. Quapropter esset conuenentius silentio hæc fore pertransita, quàm ita pueriliter, atq; inerudite ea ipsa nobis fuisse obiecta.

QVod de causis partus naturalis, atq; de ab abortu, perperàm nos autumare opus esse naturæ, ut expultricis facultatis uteri, nulla cōcurrente causa præternaturali, sed uel grauitate, uel distentione, omne fœtus obijcit ex Hypp. sententia de natura pueri, cum uerò mulier partus tempora adueniūt tunc puero cōmoto, manibus, & pedibus calcitrāti, aliquā intimarū membranarū disrumpere accidit, una effracta reliquæ imbecilliorē facultatē habent, atq; primæ fœtum ambientes lacerantur, deinde ultima ex Gal. 6. de morbis popularibus, dānante eos, qui fœtus motiones, utero attribuūt, cū ex seipso motiones, habent. E quibus id sequitur, quòd cū Hypp. & Gal. præcipuas naturalis partus cās fœtui tribuant, illas prius, deinde quæ ex parte uteri sunt explicare debuimus, iterū sequitur quòd partus præcipuè sunt ad motiones fœtus, deinde ad distentionem uteri, molem, uel morsum, quem sanè morsum nos dimisisse arbitratur. Sed hic nodum in scirpo quærit, hæc neq; nos negauimus, neq; ex proposito erat disserere. Haud quaquàm de naturali partu nobis pro positum fuit inquirere, sed de abortu, proinde ex incidenti oratione nonnulla de naturali partu uerba apposuimus, cum enim abortum ad expultricis uteri actionem naturalem retulimus, de partu naturali, ea ratione censuimus, qua eidem expultrici referatur, quam ob rem partum naturalem expultricis uteri facultatem esse, asseuerauimus, nulla concurrente causa præternaturali, ipsum stimulante. Igitur Hyppocritis autoritates ad propositam nostram orationem, quo modo quadrant. & quod enim ex incidente, haud tamen ex proposito transfigimus, cogis nos id omne exquisite differere, non enim erat opus omnia in dubium reuocare, sed tantū quæ ex proposito sunt recensere, ut sæpe nos, & Aristoteles. & Gal. docuerunt iste eruditorum uirorum mos fuit, non omnia insectantes nos perfecimus, naturalē quidē partum, ex parte fœtus improprio quid opus erat inquirere,

ſed ex parte uteri, hoc quidem obiter tetigimus, & iſtud quidẽ ſatis. Cæterũ cũ
partus naturalis cauſas recenſere propoſuiſti, non uides ſcopas omnes diſſolue-
re, ac eodẽ laqueo, quo nos capere ſtudes, laqueatus uideris, cauſas naturalis par
tus primas fœtui aſcribis, ad cuius quippè motionem membranarũ ſequitur diſ-
ruptio, & deinde hi partus ad molem, diſtentionem uteri, & morſum ſequũtur,
ex Gal. quide. 3. de facultatibus natur. ita ſcriptum relinquitur, itidẽ incidũt &
cum uterus ex diſtentione male eſt affectus, fœtus uerò ipſius uehementiſ-
ſimis motibus, ſuccedunt partus, ueluti ab Hyp. rectè eſt dictum. Cõmunis autẽ
omnibus his affectibus, ipſa eſt offenſio, igitur partus præcipua cauſa eſt, uteri
offenſio, quæ triplex ponitur: aut moles nimia, aut põdus aliquod, aut morſus mo
les ubi amplius diſtendi uterus non tollerat, pondus cum ſupra uires eius ſit, quod
continet, morſus ubi humores uterũ irritant, ad has itaq; offenſiones pueri ſucce
dere motus, ac partus, nemo, nõ uidet priores cauſæ ſunt ex parte pueri, ut ipſa
falsò autumas, neq; iterum animũ aduertiſti, quæ Hyppo. in adducta ex te ſen
tentia ſubſcribit, quæ nam in partu cauſa ſit primum mouens edocens. ait nam
mẽbranæ non poſſunt eum amplius continere, nec uuluæ, locelli'ue, quamobrẽ ad
nimiam uteri diſtentionem, uel ad ipſius magnam molẽ, ut nos in opuſculo per-
ſcripſimus, tanquàm ad priorẽ, ac præcipuam cauſam, pueri ſuccedunt motus,
& in eodẽ cõmentario poſt multa huiuſmodiq; motus pueri, ab alimenti penuria
ſuccedere cõmonſtrat, ita ſcribens, Sic & puer cum in utero creuit, quia mater
ſatis nutricare ea amplius nõ poteſt, plus nutrimẽti quàm adſit conqueritãs nõ
quieſcit, membranas lacerant uinculiſq; ſolutis, ſimul foràs exit. uti exemplum
de aue in ouo edocet. Eo enim pullus putamẽ percutit, ac perũpit, quoad ipſius
conſumptũ fuerit alimentũ, plus nutrimenti quærens, putamina rumpit, ita ſanè
cuiq; conſtat, quòd non ſolum ad uteri offenſionẽ ſuccedũt pueri motus, ſed ad
ipſius alimenti penuriam, ſic itidem Gal. 5. ſectione Aph. 31. ſcripſit ad alimẽti
defectũ ſiccedere abortum, cum igitur fœtus proprio alimento priuatur, promo
uetur ad exitum, qua de re partus naturalis cauſæ priores, non fœtui, ut aſſeris,
perſcirbendæ ſunt, ſed alijs ſanè cauſis illis prioribus, ut uteri offenſionibus, ac
alimenti penuriæ. Præterea & Gal. ſententia. 6. Epidimion extra chorum ſal-
tat, aduerſus antiquos demõſtrat, fœtus motionem, eſſe uteri motionẽ aſſerentes,
nos neq; per ſomnũ ſecus autumauimus. Sed nemo ſanè eſt, qui id ignorat, alte-
rũ uidelicet eſſe uteri motum, alterũ ſanè pueri, qui iſtuc rei ad propoſitũ, & cur
elephantẽ, ex muſca facis? Quamobrem, naturalis partus cauſæ ita aſſignari
ex Ariſtotele de animaliũ generatione merentur, huius quidem alteræ ſunt ex
parte uteri

parte uteri, alteræ ex parte fœtus, ex utero duæ quidem præcipuè ut moles, &
pondus, ex accidenti quaſi minuſq; præcipuè, morſus. Nã ea abortus cauſa præ
cipua cenſetur eſſe, ſiquidem ex irritamento ante ſtatutum tempus ad expulſio
nem fœtus promouetur, atq nos præcipuas ex parte uteri cauſas dinumeraui-
mus. Vnde aſſerimus illa, habere duas cauſas, fætus grauitate, ſuiq; diſtentione,
uterum promoueri ad illius expulſionem, diſtentiones ſanè facientes inter id quod
eſſet per ſe, & primo, & quaſi per accidens minuſq; præcipuũ, & uerba noſtra,
quibus aduerſari, cupis, Galeni ſanè exiſtunt ſecũdo de cauſis Sympto. ita decer
nentis, quippè cum tũ fœtus grauitate, tum ſui diſtentione, nonẽ menſibus prætu
lerunt, & cætera, duas partus cauſas apponens. Ariſtoteles, nos ſæpe id in arte
reſolutoria edocet. Cum eo tamen id affirmauimus perpetuò, triplicem in uni-
uerſum ex parte uteri, & abortus, & naturalis partus cauſam eſſe, molem, pon-
dus, & morſum, nemo ſanè fuit qui non ſecus intellexiſſe perſpiciet. Alteræ cau
ſæ naturalis partus fœtui conſcribuntur, uel quoniam alimento conuenienti pri
uatur, ut prædiximus, uel quia adeſt maior euentationis neceſſitas. Etenim au-
cto proprio, natiuo callido, non eſt fermè ſufficiens äer à matre attractus, pro-
inde mouetur quærens exitum, ut liberalius euentetur. Id Auicenna optimè de
cernit ſecunda tertij, ſilentio tamen prætereo externas cauſas (ut ex Syderum
influxu) partus igitur uteri, & alimenti penuria priores cauſæ exiſtunt, qui-
bus pueri motiones ſuccedunt. Velim igitur ut uela uertant, ac funem, recolli-
gant. Et non dicant, non benè nos quæſiſſe, abortus morbus, an naturalis quæ-
piam res eſſe dicatur.

ADuerſus id, ita ratiotinatur, tribus exiſtẽtibus præternaturam rebus, mor
bo cauſa, ſymptomate. Si ergo abortus nõ eſt res naturalis, non ſequitur
igitur morbus, quoniam uel cauſa, uel morbi, uel ſymptoma dici poterit, rectius
eſſet diuidere, abortus an res naturalis, an affectio ſit, ſed quæſo ne ita ſtudeãt
malitiosè nos oprimere, nec enim Elephantus curat culicem, nec teſtudo muſcã,
aduertere ſanè prius animum deberent, quæ Galenus pri. Meth. ſcriptum reli-
quit, interdum per ipſum morbum affectionem ipſam intelligens, ſicut ſæpius
per affectionem morbum, uerba eius ſubſcribere licet, Quippè cum ualere illud
exiſtimãt, cui nulla partis actio ſit uitiata, & ægrotare, cui ſit uitiata, & ualen
tem eũ nominant, cuius omnes corporis partes actiones ſecundũ naturã ædãt,
& ægrotantem cui malæ affecta pars aliqua ſit, atqui primo de locis affectis,
actionum læſio, non ſolum permanentem declarat diſpoſitionem, ſed interdum
fientem (ut omnibus pernotum exiſtit) quamobrem, ægritudinem, ſeu morbum

(quæ sanè idem sunt) per dispositionẽ in fieri quæ affectio dici meretur, & pro permanente, quæ est propriè morbus primo methodi, esse sumptam, unicuiq; facilè constat, & primo de differentijs simp. morbus quidem dicitur constitutio quædam præternaturã à qua actio primo uitiatur, quin si affectu dixeris, idem nos dixisse constat, licet postea eos propriè distinguat tamen plerunq; morbũ, pro affectione sumit, quis igitur autor, nisi quis tyrannorũ ritu procedens, nos prohibeat morbum, per affectionẽ sumere, immò, id Gal. non prohibet, primo de locis affectis ita scribens, equidem quòd semper dicere consueui, nunc quoq; dicam, quod in ea doctrina, qua de arte quapiam agitur, satis est, si quis uocabulũ, atq; significatũ eius pro doctoris uoluntate proferens, procedat, deinceps ad rerũ enarrationem, itaq; morbum, & affectũ, & ipsum affectũ morbum interdum posse, dici, at proprijs uocibus uti si quis uoluerit, & more patrio Græcorũ, affici propriè pati dicet, & permanentẽ præternaturã dispositionẽ, morbũ nuncupabit. Præterea Hypp. prima sectio Apho. 2. contemplari igitur opus, regionem, & ætatem, & tempus, & morbos. Ex omnium interpretũ cõsensu, per morbos quid comune intelligendum eße, ad affectionem, symptoma, & causã cẽsetur, aduerte amice, ne ex ira cõmotus, atq; arrogantia Hypp. repræhẽdas, & eris alter Tessalus, non cupiens lacerare, nec inter partum, & morbum nos à Gal. distinctio primo de locis affectis, & 2. Method. & de differẽtis symptomatũ, exposita præterit, sicut nec his, qui forsan primis labris, Gal. doctrinã gustarint, ignorant, rem tamen sapienti narras. Præterea & pro fœtu corrupto, cõuenientius uox ipsa morbi, quã affectionis deseruit, nãq; ex Gal. 6. Epidimiõ. depromitur, duplici modo abortus ipse suscipi poterit, aut ꝑ ipsa actione, qua fœtus ipse foràs propellit, aut quidẽ pro ipsa fœtus deperditione, seu corrupto fœtu. Si namq; priori modo, propriè affectio dici poterit, posteriori quidẽ modo, uti in nostra diuisione suscepimus, si res naturalis non eßet morbus appellari meretur, fœtus enim deperditio, res quidẽ præternaturam corrupta, & permanẽs est, quare si ipse non esset res naturalis, morbus conueniẽtius, dicetur quàm affectio, at si pro ipso abortiri, desumetur, ut nos in proposito quæsito accepimus conuenientius affectio quàm morbus noncupabitur, fusa tamẽ uoce non est, qui morbũ nos nominare probibeat. Verùm neq; philosophus, neq; medicus, de nominibus curare debẽt, res. n. istæ frigidæ sunt, quas tamẽ, ne maleuolis malidicẽdi occasio relinquatur, poteram bona fronte dimittere. Sed de his hactenus.

¶ Quòd extra bonorũ autorum opinionẽ aßeruisse, abortum pro actione uteri expellentis esse actionem naturalem, opusq; naturæ, eße tamen symptoma ex parte causæ præter naturam irritantis, sed ipsi ex toto actionem esse non naturalem, atq; symptomaticam putant.

ID quibusdam rationibus demonstrare credunt numero facultatem assumpto, nec satis ad rem ipsam, cũ enim uteri expultrix ante præfinitum tempus, mouetur ad aliquid expellendum, irritata ab aliquo præternaturali affectu eius quidem motio est uiolenta, neq; secundum naturam, quare non operatio, aut motio al qua esse censetur, sed affectio præternaturã, at qui in abortu, ante præfinitum tẽpus uteri expulrix facultas mouetur, igitur uiolenter actio, & non secundum naturã, quòd iterũ ex Gal. sententia demõstratur. 3. de naturalibus facultatibus, ponentis inter abortum, & naturalẽ partum, hanc dißidentiã, q. abortus efficitur uiolenter, partus naturaliter, igitur abortus actio est præternaturã, seu symptoma, actio læsa, abolita, seu deprauata uteri expultricis, quam ob rem erit affectio & nõ naturalis, actio, præterea quod exernitur ante tẽpus in morbis, illud nõ est ratio ne naturæ, sed symptomatis, & præternatura, nõ. n. naturalis erit euacuatio sed symptomatica, cũ intẽpestiuè excernatur. Præterea sicut in uomitu, ita in abortu, sed uomitus est symptoma facultatis naturalis uentriculi, ergò & abortio naturalis facultatis uteri est symptoma, præterea si abort⁹ est immaturæ fœt⁹ eiectio, igiť uteri facultas in maturæ moueť ad expellendũ, igitur erit symptoma, & nõ actio naturalis, seu opus naturæ, Rursus null⁹ motus uiolẽtus est naturalis sed abortus est mot⁹ uiolentus. 3. naturalibus facultatibus. Amplius intẽpestiuè irritatio alicuius facultatis est noxæ illius, facultatis, sed in abortu facultas expultrix uteri intẽpestiuè irritatur, ergò est noxa illi⁹ facultatis, maior est Gal. 3. de causis symptomatũ. Amplius aduersus distinctionẽ positã, demõstraľ (quod quidẽ dixim⁹, abortũ ex parte actionis uteri expultricis esse motũ naturalẽ, opusq; naturæ, ex parte causæ cogẽtis præternaturã, esse in symptomatũ numero, reponẽdũ) nã cũ ad actiones referaľ abort⁹, sed funitio ipsa, aut malè ꝓcedit, & hoc dupliciter, uel quia deprauata est ipsius actio, uel quia imbecillis, aut omnino eius actio non fit, igitur cum nulla alia inueniatur symptomatica actio, expultricis facultatis uteri, cũ præternaturã moueri cogetur, nõ erit abortus, nisi actio symptomatica, & præternaturalis affectio, neq; motus naturalis, aut naturalis actio dici debet, ueluti nos asseuerauimus. His sumatim aduersus nos, lassus es. Atq; neq; nobis, bone uir, ueritatem indagare prohibitum est, non infami ore, sed candido, atq; aureo, nõ naribus cõtortis, uultuq; squalido, sed hilari, semp benè tibi cupiẽs teipsum amicè excolens, nostra dictaq; uerißima esse, uerò factum abest, ut rectè dicta sit, ut à uero quàm longißimè absit, eisdem rationibus cõmonstrabimus, eo

prius aſſumpto principio ſymptoma toto cœlo diſſidere ab actione, opereq́; naturæ, quemadmodum cõmonſtratum nobis reliquit Gal. de differentijs ſymptomatum, ita ſcribens, uerũ hic attendendũ diligenter eſt, ut acuratè diſtinguatur ab operibus ſymptoma, ſæpè enim ita ſimilia inter ſe ſunt: ut & ſymptoma putetur opus, & opus ſymptoma, & ſubſcribit. Quippè ſi naturalium ſecretionum (ſic enim uocant eas quæ ſanis accidũt) uel quãtitatẽ, uel qualitatẽ, uel genus ipſius ſubſtantiæ, pro ſcopo ſibi proponat, deinde huc intuens ſymptomata iudicet ſubinde falletur, Quippè ſudor aliquando, multo amplior, quàm pro naturæ modo uel alui deiectio, uel urina ualentibus incidit, non ſolum nulla actione læſa, ſed etiam cum uirtutis robore, & prouidentia de animalis ſalute, Aliqua enim quamuis & toto genere præternaturã ſint, ueluti ſanguis per nares ꝓpoſuſio, uel uomit⁹, uel sãguis deiectio, uel hemorrois, uel aliquid eiuſmodi, tamẽ præternaturã adhuc nõ ſunt, ſi modo tẽpeſtiuè fiãt, fiũt aũt tẽpeſtiuè cũ id quod cõtriſtat expellit, ſtãte igitur de quo inter initia cõuenit (nempe ꝙ ſymptoma actionũ læſionũ ſunt) nihil horum quæ ad animalis cõmodum fiunt, ex hoc genere ſymptomatum eſſe opus, namq́; naturæ, unũ quoq; horũ potius eſt quàm læſio aliqua. E quibus uerbis nemo ſanè non uidet, opus naturæ non eſſe actionũ, aut ſymptoma læſionem, iterũ id opus eſſe naturæ, quod ad animalis prouidentiam, atq; cõmodum fit ita enim uomitũ ſanguinis ad animalis cõmodũ nõ eſſe actionem læſam, ſed naturalem, ex his igitur ita ratiotinari licet. Quæcunq; actiones ad cõmodum animalis fiunt, non eſſe actiones læſas, aut ſymptomata, ex his uerbis patet, at uteri expultrix facultas corruptũ, atq; deperditum fœtum propellens, eſt ad cõmodum ipſius animalis, quia niſi expelleret, proculdubiò utero geſtãs, igitur nõ eſt actio læſa, ſeu ſymptoma, ſed naturalis, opusq́; naturale, minor itidem unicuiq; cõſtat. Ex eiſdem alteram erigamus demonſtrationem, quælibet expulſio eius quod contriſtat, ut modo naturæ nulla inferatur noxa, ex uirium imbecillitate, imò cũ uirtutis robore, eſt naturalis, & non læſa actio, aut ſymptoma, id uerba Gal. modo expoſita canunt, ac uomitus, & ſanguinis deiectiones imodicè, alui profluui, & ſudores immodice, tempeſtiuè facti ſunt cum uirium robore, igitur omnes naturales expulſiones, opusq́; naturæ exiſtunt, neq; aliquæ actiones læſæ cenſentur, uel ſymptomata, uocat autem Gal. has actiones tempeſtiuè factas, quotiens fuerint cum cõmodo naturæ, atq; uiriũ robore, aut ut quod moleſtum eſt expellitur qua propter ſicut in uomitu diximus, ita in abortu, ſed uomitus ad naturæ commodum factus, non eſt actio læſa, igitur neq; abortus, quia ſi ad cõmodum animalis efficitur, non erit actio læſa, ſed naturalis uteri expulſio, opusq́; naturæ, at quo

tiens ex

tiens ex aliqua facultatis expultricis expulſione non commodum, ſed noxa ipſi naturæ inferatur, proculdubiò nemo non iudicet eam ſymptoma, atq; læſam actionem eſſe. Ex quibus amice candide, præ odio forſan inter naturalem expulſionẽ, & ſymptomaticam, differentiam (quæ omnibus in arte nondum exercitatis, ſed tironibus eſt nota) haud aduertiſti, dixiſti ſanè tantùm naturalẽ eſſe expulſionẽ, cũ expellitur quantitate, qualitate, & tempore conuenienti. O ſtupendam rem, ſed iactanti dignam, namq; naturalis expulſio, atq; actio ipſa expultricis, neq; ad quantitatem, qualitatem, uel tempus eſt determinata. 2. differentium febrium ultimo, ſed cum nocuũ expellitur, & ad naturæ cõmodum, uel incõmodum referri omnia debent, ita Gal. ſupra adductis uerbis edocuit, ſi quis qualitatẽ aut quãtitatẽ ſudoris pro ſcopo ſibi proponat, qualis in ſanis euenire ſolet, atq; poſtea eueniat multo amplior, quàm ſit ille naturalis (& ſic de alijs) efficitur inde cum prouidentia naturæ, non ſymptomaticam eſſe actionem, ſed naturalem fateri debet, item neq; ad tempus expulſio naturalis eſt determinata, namq́; tunc tempus conueniens, eſt expellendi, cum adeſt ſanè id quod contriſtat, ſi enim adeſſe quòd cõtriſtat, & nõ expelleretur, proculdubiò actio eſſet ſymptomatica, at cum quod contriſtat expellitur, ex naturæ commodo, actio eſt naturalis, quod ex Hypp. facillimè conſtat in primis ſeſtione ſecundo, ſi qualia, inquit, oportet purgare, purgentur, confert, & leuiter ferunt, ſi uerò non contrariũ, expulſionẽ naturalem non penes quantitatem, & qualitatẽ decernit, ſed ex naturæ leuitate, ipſiuſq́; cõferentia, ſicut in eadem prima ſectione dixit, deiectiones non multitudine, ſed ſi qualia purgari debent, purgentur, & confert, & leuiter ferunt. Ad noſtrũ propoſitum igitur dicamus, uomitum, ac abortum naturalem eſſe excretionem, & non ſymptomaticã, cum ex his natura leuiore effecta ſit, namq; cauſa irritãs cum adeſt, & uterũ, & fœtum ſimul cõtriſtat, atq; corrumpit, uteri ſanè expultrix irritatur ad ipſius contriſtantis expulſionem. Proinde foràs propellit, quod præternaturam eſt contriſtans, ſimulq́; corruptum fætum eijcit, ita & naturæ cõfert, & leuiter ipſa ſuffert, naturalis igitur erit euacuatio, opusq́; naturæ. Et quis ãbigeret eucauatio in principio morbi, cũ ex irritante ſucco oriatur erit itidem naturalis, & tamen Gal. 4. pa. 22. & . 3. de criſibus ſymptomaticam eſſe deſeruit, perperam eſt obiectio, euacuatio quidem inter initia morbi non eſt naturalis, quia naturæ non confert, id quidem propterea quoniam morbus eſt inter initia crudus. Nulla ſanè euacuatio crudo exiſtente morbo eſt cretica, prima pa. aff. 12. Dicitur inſuper ſymptomatica ratione cauſæ irritantis naturam, diceres etiam primo de criſibus, cap. 11. alui excrementa debent eſſe in

quantitate,qualitate,& tempore excreta,ut ibidem docet, dicimus hæc non pro
posito deseruire,ita secus est in alui excrementis,seruati quantitas in eis,non ab
solute,sed relatione ad absumpta,seruatū, tempus assuetū, ut facultas expultrix
nullam habeat noxam, quoniam cum idq; est congregatū, & superfluū propel=
lit,ita sanè si plus solito congregaretur,& citius ipsa non peccaret, si uelocius,
atq; plus solita quantitate expelleret ita ergò non ad quantitatem,& tempus ab
solute actio expultricis est determinata, sed comparatione ad superflua cōgre=
gata. Amplius .5. de usu partium iustè natura operatur,tribuens unicuiq; parti
facultatem,ut id,quod contristat,expellat,quamobrem munus, ac proprius finis
expultricis facultatis est,propellere quod cōtristat, id aūt quod contristat tertio
de sa.na.duobus est modis,aut qualitate, aut quantitate,uel, in utroq;,ex quibus
hanc colligo rationem,quælibet facultates naturaliter operatur,cum propriū cō
sequitur finē,in. 2.de phisico auditu, id constat de primis prencipis, naturā age
re propter finem,sed finis expultricis facultatis est,quod contristat pro pellere.
2.de diff.febrium,& ex naturæ cōmodo, igitur quocunq; tempore illud agit na
turaliter operatur, & nō symptomatis more,quod ex Gal.2.de diff.fabriū,cap.
ultimo,id ipsum dignoscitur, quo enim citius superfluitates aceruatur, eo ocyssi
mè expultrix ad earum expulsionem promouetur, & quo tardius etiā ipsius ex=
pultricis actio retardatur.Ita in abortu,& uomitu,cū uteri causa fuerit contri=
stans,ut natura his cōtristantibus leuetur,expulsio sanè naturalis cēsetur,opusq;
naturæ,hæc ratio quidem crasso medico intelligibilis est,sed benè subtili philo=
sopho,præterea longè prouersè uerba Gal. secundo de causis simptomatū intel=
ligūtur,uomitum,abortū,diarrheam esse actionem naturæ,ut natura distingua
tur ab animalibus facultatibus,sed debent intelligi,ut natura distinguatur à sym
ptomate,ita sanè Galeni uerba cōmonstrant, nam aliquorum adducēs opiniones
scribit, de uomitibus,& alijs narratis actionibus expultricis,multiq; hos nō esse
naturæ opus,sed symptomatis dicunt,qua de re dissidère antiquiores an sit opus
naturæ,aut symptoma,at qui ipse Gal. hos dictos,motus naturæ esse,opus autu
mauit,igitur non ut ab animalibus actionibus (ut falsò credunt) distinguantur,
sed benè à symptomate,etenim in hoc antiqui, & omnes, consentiunt, naturæ
esse opus,& non animæ.sed in eo dissidère,an simptomata sint,aut actiones na=
turales,præterea asseruit itidem Gal.porrò intestinis utero,& uesica(siue secun
dū naturā quid expellant)expultricis facultatis similes motus sunt, ut nō possint
symptomata ab his clarè discreta esse, è quibus nemo non intelliget similes esse
motus, expulsionis, siue præter naturā sit quòd expellitur, quamobrē utrūq; esse
motū naturalē constat ita ut neq; simptomata ab his possint clare discerni, nisi
ratione qua dicemus, sed deinceps simptomata dinumerans, scribit,ut quæ inte
nasmis

nasmis,dissenterijs, & lienterijs excernuntur,simptomata sunt,quæ igitur actio
nes sunt naturales,quæ sanè simptomatice unicuiq; clarissime liquet,nam motus
expultricis facultatis quod cōtristat expellētis naturales,modo quo diximus,sūt
sed quamobrē actiones quædā expultricis facultatis naturales,in simptomatū ge
nere dinumerari merē ur,eodē in loco Gal.perdocuit,dicens, nēpè quòd huius=
modi motus naturæ sunt opera,sed qua ratione simptomata sint, subscrit,ob cau
sā naturā ad huiusmodi motū cogentē,& hac rationē simptomatū genere repo
nūtur, liquida igitur cōstat de naturæ opere loquutū fuisse ipsum Gal.à simpto=
mate distincto ,& post pauca subscribit,at reuera & hæc, & tusses,& uomitio=
nes,& alui fluores,& quicquid fuerit huiusmodi ad illud simptomatum genus re
ferri debet, in quibus causa præternaturā ad huiusmodi functiones subeūdas na
turā irritat,cur inficias iniusti aduersus nos,hac distinctione uteres,esse genus ali
quod simptomatū,quod ex parte causæ irritantis est simptoma,ex parte actionis
est naturalis functio,præterea mixtū quodpiā ex morbifica causa, & actione na
turali,Gal.eodē.2.de causis simptomatū sæpius cōmonstratū reliquit, ut de rigo
re lucidissimè cōstat,est ergò ipse quoq; mixtū,excausa præternaturā,& natura
li uirtute,& scribit ꝙ si uerū fateri oportet,totus motus ad naturalē facultatē re
ferēdus est quā nos expultricē nominauimus,at causa facultatē irritans, cogēsq;
ut uiolenter moueat,præternatura esse cēsetur,hinc liquido cōstat in rigore fie=
ri mixtū quodā,ex motu naturali expultricis, ex cuius quidē ratione mouet ,ad
expellendū ꝙ contristat ratione quidē causæ,opus esse simptomaticū:sed id pro
exēplo ad rē nostrā satis sufficiat. Amplius animū aduertendū esse puto,ex Gal.
de diff.simptomatū,trifariā expultricis actionē posse noxam subire,aut ueluti pri
uatio est,ut in illi quibusdā generibus cernitur,quoniā penitus nihil excernitur,
aut est imbecillitas,ut in tardis excrementorū deiectionibus cōspicitur,aut est ui
tiata,seu corrupta actio,& hæc incidit,uel cū prius quā absoluta cōcoctio ad de
iectionē permouet,uel absoluta cessat,ac retardat,aut incontinēter expellat,uel
inæqualiter in cibos irruat, qua de re, deprauatè expellit cū altero istorū modo
rū excernit,atqui id quod cōtristat,ac naturæ est alimentū,cū animalis cōmodo,
expultrix expellēs,nullo abortū modorū peccare uidetur,relinquitur igitur fun
ctionē ipsā prsus esse naturalē, quæ res ita decernit, neq; inest penitus abolita,
neq; imbecillis,ut cuiq; facilè constat, neq; corrupta, seu deprauata, uel uitiata,
nūq; uitiata prorsus erit, cū aut ꝙ expellendū est, nō excernit, aut quod nō ex
cernendū sanè est,id propellit,seu cū imodicè ad hæc se habēs,nō tēperato motu,
uerū tamē quod alienū est excernit cū naturæ cōmodo , ꝙ excernendum est, pro=
pulsat,& quod non expellendum est , non excernit, neq; irregulari motu opera,
quia cum animalis efficitur prouidentia nulla sanè expultricis læsa actio erit.

Sic in abortu,& in utero pariter censendum est, neq; uiciatã,aut imbecillem,aut
priuatã esse actionẽ, cũ ea quæ præternaturam sunt, expellant,& cũ naturæ cõ
modo,sed quoniã irritatur huiusmodi expultrix facultas in uomitu,uel in abortu
& ex causa præternaturã priuatur,ea quidem ratione in symptomatum genere
dinumerantur,si aũt,quòd essèt propellendũ non expelleret,aut quòd nõ esset,ex
pelleret,aut in expulsione cõtristatis,non ritè excerneret,uel superfluè,& immo
dicè,symptomatica sanè esset actio,& uitiata,atq; affectio. Ab his sanè obiectis
sophisticis tutè euadit, Gal.distintio. duplex esse genus symptomatũ, aut quòd
simpliciter est symptomaticũ,ut quòd actio sit,priuata,aut imbecillis,aut uitiata,
& causa etiã præternaturã lædens,ut intenasmos,& dissinteria(Actio sanè, &
læsa est, & causa præternaturã itidẽ præsistit)aut ex parte causæ,irritãtis præ
ternaturã est symptoma, non tamẽ ex actionis ratione, quia ipsa actio ex se est
naturalis,& hoc sane quodpiã mixtũ esse cẽsetur,ut in abortu uomitu, & tussi,
simul enim concurrunt,actio naturalis,& morbosa causa,in.2.de causis sympto-
matũ, & si dicitur expulsio ista symptoma, symptoma sumitur fuso uocabulo,
prout de diff.simptomatũ,ipse Gal.simptoma quicquid præternaturã animãti ac
cidit,asseruit,non aũt simptoma proprie pro actione ipsa ob læsa in modo exposi
to,sed ad præfatas aduersus nos rationes dirimẽdas, animaduertendum est,quòd
expultrix facultas secundũ iustum modũ operatur ex suo proprio temperamẽto.
proinde cum in eo aliqua superuenerit affectio, peccans quidem ex suo proprio
temperamento,alterã trium noxarũ actionum subit,aut nulla ratione operatur,
aut diminutè,aut prauè agit,interdum nulla intemperantia,in suo proprio instru
mento existẽti,sed consensu alicuius causæ præternaturã irritatis,expellit quòd
præternaturã est,ex qua causa dicetur symptomatica funitio,& non ex propria
essentia,quia non ex mala temperie in parte effecta operatur,quare omnes ratio
nes temerè,& perturbatè ruunt, dicis cũ expultrtix facultas ante præfinitum tẽ
pus, ex causa irritata, mouetur ad aliquod expellendum, eius motio est præter-
naturam uiolenta,& affectio præternaturam, falsò credis. Asseruit ipse Gal.de
differentijs symptomatum,cõuenienti tempore uirtutẽ expultricẽ expellere,cum
id quod molestũ est excernit, & maximè cum naturæ prouidentia. Si ergò noxe
actionũ sunt symptomata, nihil horũ sub hoc symptomatũ genere collocabitur.
Quippè quòd horum quodlibet naturæ sit opus tantùm abest,ut noxa esse uidea
tur. Alteri fortasse symptomatũ generi quis subijciat.i.ex parte causæ præter
naturã,hæc Gal.quapropter in abortu uirtus expultrix irritata à re præterna-
turam non expectans nouem mensium morã:ocyssimè ad expellendum quòd alie
num,& præter

num,& præternaturam est, se præparat, & id ex naturæ cõmodo,non ex mala
temperatura in propria essentia efficitur,Si enim ante tempus expelleret, quòd
sanè non esset excernendũ,aut quòd esset expellendũ,non propulsaret proculdu-
biò actio esset symptomatica,& præternaturalis affectio, quia ex malo tempera
mento in proprio instrumenio operaretur,& si dices Gal. asseruit.3.de faculta
tibus naturalibus in abortu uteri expultricem facultatem uiolenter moueri,dixit
tamẽ uiolenter, idest,non sponte,ut in partu,in quo ipsa natura ex se absq; causa
uiolentãte mouetur,at in abortu uiolẽter,idest, ratione causæ uiolentantis,cuius
ratione in symptomatũ genere repositus est, diceret iterũ quispiam,abortum nõ
fieri ex naturæ cõmodo.3.de facultatibus natu.sed benè partum,an naturã uni-
uersalem intelligit , quæ ut perseruat speciẽ, de fætus salute prouidentiã habet,
sed abortum ad particularẽ naturã referens,ipsum ex natura cõmodo fieri asse-
uerauimus, nisi enim corruptũ fœtũ propulsaret, perire penitus mulier abortiẽs,
ad illud quod de excrectio ante tempus in morbis, adducitur, ante tempus, esse
præternaturam,diximus,id ea ratione symptomaticã esse excrectio,quoniã non
erat cũ naturæ cõmodo,id quidem propterea, quia ante cõcoctionẽ erat excre-
ctio. Vocat enim Gal.hanc excretionẽ simptoma,idest, naturæ incõmodum,non
quòd actio expultricis sit simptoma,nam id non crisi distinxit, quæ est cũ com-
modo naturæ,quæ uerò cũ noxa naturæ,nõ excrisi excretio,cẽsetur, simptoma,
largo modo,idest,naturæ incõmodum,prout à crisi seiungitur, quæ est cum na-
turæ cõmodo. Non enim ad tempus primo, sed ad cõmodum,uel incõmodum na-
turæ,actio ipsa expultricis, meretur referri, ad id quod dicitur,ut de uomitu,ita
in abortu,sed uomitus actio est læsa expultricis, id nos sæpe negauimus,nam cũ
quod contristat expellit uentriculi expultrix,cũ naturæ cõmodo actio ipsa pro-
culdubiò est naturalis,& ex parte causa est simptoma,duo enim in uomitu cõspi
ciuntur,& ipsa actio naturalis expultricis, & causa morbifica,proinde si ex ma
la instrumẽti.i.uentriculi temperie ,ubi id,quod non esset propellendum excerne
ret, uel ante concoctionẽ moueretur , aut inordinato motu, proculdubiò, actio
esset simptomatica simpliciter,omnia siquidem,ut summatim dicã Gal.uerba hac
ratione interprætanda sunt, ad id quod dicebatur uterus immaturè mouetur ad
eiectionẽ fœtus,igitur actionis est læsio patuit decisio, quod absolutè falsissimum
fuit,nisi quod nõ contristat expelletur,aut nõ naturæ cõmodo efficitur,at si quod
alienum est expellit,& cũ naturæ prouidentia,naturalis sanè actio nũcupari me
retur,patet iterum ad id quod dicunt nullus motus uiolentus est naturalis,siqui-
dem hic motus,quomodo sit uiolentus,patuit, quoniam non simpliciter uiolẽtius,

nisi ex parte causæ uiolētantis, ex cuius ratione est in genere simptomatum, pro
pterea quòd dicis intempestiua irritatio alicuius facultatis, est noxa illius, dixi-
mus paulò superius intempestiuam funitionē esse, cū id quod molestū est non ex-
cernitur, aut cum naturæ noxa debi. Hac sanè ratione, nemo est qui negat eius
modi functionē esse simptomaticam. At si intempestiuè intelligis, ut determine-
tur ad tempus, falsò credis, namq; semper est tempestiua, & inconuenienti tēpo-
re excretio cum id quod contristat, atq; molestum est excernatur, non ergò irri
tatio extra tempus assuetum, & qualitatem, & quantitatem, assuetam, noxa expul
tricis facultatis censetur, potius naturalis maximè, si cum cōmodo naturæ, aut
robore efficiatur. Id tamē iuuenis animaduertat, cum dicimus expultricis facul-
tatis actionem nō ad tempus determinatam esse, id istud porrò ex se intelligen
dū est, etenim omni in tempore, quo sibi quod contristat, atq; præternaturā est
ꝓponitur expellere debet, circa id tēpus nō expectat, hoc nāq; suū propriū mu
nus est, uerū quoniā sub ordinatur cōcoctioni facultatis actioni ipsā naturaliter
expectat. 2. de facul. naturalibus, & . 3. de Decretorijs, istud tempus expectare ex
ordine facultatū, nemo sanè est qui negat, ante enim actionē cōcoctricis, agens
ex irritata ageret, & cum naturæ noxa, & esset, tūc in morbis simptoma, idest,
naturæ incōmodum. Sed tamē ex se naturalis esset, expulsio quia ꝙ alienū est ꝓ
pellit, simptoma ex parte causæ, & naturæ noxæ censetur. è quibus unicuiq; li-
quido constat, & uomitū, & abortū, & similes motiones ex ratione actionū esse
naturales funitiones, modò enarrato, ratione causæ irritantis, ad genus simpto-
matum referri debent, in quibus causa aliqua præternaturam moueri sic cogitur
labra ergò mordēre desinas, hæc ruminans.

¶ Quód non rectè diuisione usi sumus, cū dicebamus causas omnes abortus ad
tria esse reducendas, aut ad quod gerit, aut ad quod geritur, aut ad exteriora.

QVandoquidem ait, causas quas nos ex parte gerentis dinumerauimus, cæ
dem sanè sunt, quæ ad exteriora reducūtur, nec omnes abortus causas ad
numerauimus, cum plures his persistent, ob id referi conuitijs chartas, nos
ignorare dialecticam, & cætera. Sed hæc Gigantum est arrogātia, natare Del
phium doces, proinde simul nos defraudare cupiens, Galenū ipsum reprehendis.
Non enim nos huius diuisionis autores fuimus, sed uel ipse Gal. in cōmen. de me-
dicis diffinitionibus ita scriptū reliquit. Aegri partus fiunt tribus modis, pro ge
renti utero, pro eo quod geritur, & pro exterioribus, frustra sanè laboras, eam
bimebrem facere, id nobis curæ non fuit, neq; ipsi Galeno, res sanè lippis, & ton
soribus notam enarras, omnes siquidem quotquot in dialectica facultate erudiri

cæperunt, pro axiomate tenent. aut bimembrem aut reducibilem, ad bimebrem,
esse optimam diuisionem. minime itidem momenti. existit. aliquas causarum ex
parte īutero gerentis necensitas, ad externas causas actinere . quando quidem
& si aliqua exparte gerentis in vtero causæ ad externas referuntur nō omnes
externæ causæ, ad eas, quæ vterum gerenti ascribuntur referri possunt, & hoc
sufficiens est, proinde quam perperam uerba nostra, fuerunt examinata. ita sane
scripsimus in opusculo. de alijs causis abortus , ex uobis potestis videre , etenim
Ab Aui. alijsq; bonis auctoribus plures aliæ abortus causæ quas nos diximus,
recensentur. nos vero breuitatis causa dimisimus. Bone uir, cur nos defraudasti
dicens, non omnes abortus causas connumerantes. si breuitati studentes lectores
ad alios misimus autores. verum ut ne ineruditis maleuolis aliqua maladicendi
occasio relicta sit, has tam frigidas tam pueriliter nobis oppositas res , silentio
transigerimus.

QVod falsum à nobis fuisse dictum, autumat , plethoram morbum magnū
futurum, & iminentem esse . hæc namq; verba à nobis per scrpita sunt.
per morbum magnum, non solum presentem Gale . de ratione curandi
per sanguinis missionem intelligit, sed etiā futurum, sub quo reponit plethora,
nam ex ipsa multi morbi magni futuri sunt, & paulo infra iterum fuit scriptū
sanguinem mittere Hippo. docuit tribus scopis seruatis morbo magno, sub quo
reponitur plethora, robore uirium, & ætate .

¶ Aduersus quæ obicit equidem & aduersus Galenū, causa morbi non est mor-
bus sed plethora est causa morbi quomodo sub morbo magno reposuisti, multæ
sanè sententiæ Gale. existunt quæ plethoram morbi causam , & nō morbū ap-
pellant . Alie rationes ad hanc sane reduci videntur , breuitatis causa eas di-
misimus sed cur in rectam clara hallucinatur, nūquid propter ignorantiam, uel
secordiam uel animi perturbationes profecto nescio . Plethorā namq; eam sa
nè dispositionem asseuerauimus, ex qua morbi magni multi futuri existunt , ex
Gale. sententia de ratione curandi per sanguinis missionem , ac ex ipso bonorū
omnium autore Hippo. 4. de ratione uictus acutorum. 24. unde Gale. exponens
scribit, cum igitur oppletæ fuerint uenæ opprimi uirtutē grauariq; necesse est,
atq; extinsionis, agi periculum. natiuam caliditatem , quæ ob multitudinem co-
piamq; suffocationi quippiam simile patitur, oriuntur siquidem epilephsiæ, apo-
plexiæ & sincopes, cardiacæ hæ ergo sanis ex multitudine iminent affectus,
absq; occasione externa, ut idem Hippo. in verborum contextu commonstrat ,
qua propter plethora magni morbi causa persistit atq; dispositionem esse imi-

minēt̄ē futurum morbum q. idem esse fatemur uti omnibus notum fuit, adiunge
ad id Galeni sententiam. 3. de arte medicinali triplicē asse discrasiam, futuram
fieri, fientem, & factam, at futura discrasia est cum ipsa causa quæ parata sit
morbum facere nondum inchoauit, quæ quidem futura discrasia, ipsa affectione
ex qua id fieri idoneum est sublata, summouetur, quæ quidem antecedens causa
nominatur, si igitur plethora magnos morbos parata est causa facere, igitur
ipsa futurus est morbus, ac imminens magnus morbus. Gale. n. causam morbum
paratam facere, que nondum inchoauit, futurum morbum appellat. Amplius
quod ad preseruatiuam artem tantum spectat, id quidem morbus futurus tan-
tum esse censetur, uerba scripta sunt á Gale. preallegato loco de arte medici-
nali, huius quidem postreme, hæ quidem in preseruatiue artis parte cōtinentur,
& loquitur de pura præcustodia, seu, de futuro morbo nondum inchoante, cui
minorem adiungas, atq; plethora ad preseruatiuam artis tantum spectat, ueluti
& tu asseruisti, & omnibus pernotum extitit, relinquitur quidem plethora tan
tum futurum esse morbum, quam igitur uerissima nostra sententia fuit, plethora
morbum imminentem magnum, asseuerans. Præterea nec quempiam præterit
magnum hunc hominem erratum asserere. plethoram inquit de sanguinis mis-
sione non esse scopum, sed bene de quantitate sanguinis detrhactione, mente
forsan perturbata puto ad hanc imperitiam deuenit. Gale. n. (ut omnibus in eius
doctrina uel mediocriter exercitatis in cōfesso est) in commentarijs de san-
guinis missione, enumerans inter affectus de tractione sanguinis indicantes,
ipsam plenitudinē, maximè quo ad uasa. Verba cuius sub scribamus. quare pro
positos scopos ad sanos transferre licet siquidem & his sanguinem mictere ex
pedit, ubi nimirum magni alicuius morbi metus imminet, ratione habita ætatis
& uirium si itaq; sanis scopi similes sunt de emissione sanguinis, plethora igi-
tur sanis incidens, scopus sanè erit de sanguinis detractione, quod itidem con-
firmatur, namq; sanis non est morbus actu, sed bene imminens quippè plethora
sanis incidens morbus imminens est, igitur, qui egris magnus morbus actu de
sanguinis missione scopus erit, similis scopus de sanguinis subtractione sanis
ipsis plethora persistit. Amplius Gale. præallegato loco subscribit, siquis in ma
gnum incurrat morbum sit habilis, licet nullum incorpore simptoma accideret,
uenam secandam censuimus satis enim est ætatem & uires inspexisse, pletho-
ra habile ad futurum morbum corpus ipsum efficit, igitur sanis ex futuri mor-
bi habilitate plethora scopus unus erit de sanguinis missione. iterum ipse Gale.
scopum de subtractione sanguinis plethoram. Asserens inquit definitis iam tri

bus mictendi sanguinis scopis, nempe morbi magnitudine, aut præsentē aut
imminente aut incipiente, ætate florente, & uirium robore igitur cum plethora
morbus iam sit imminens, erit quidem scopus de sanguinis missione, tam clara
igitur res est, ut operam ludere uideor, in ea amplius immorari. cæterum nec
est quidem rationi absonum eundem scopum de missione sanguinis esse, ac iti-
dem de eiusdem euacuationis quantitate, quemadmodum, de ipsa plethora as-
sentiendum est, ipsa. n. preter id quod de sanguinis missione scopus censetur, de
euacuationis quoq; quantitate scopus coindicat. Gale. autore de curandi ratio-
ne per sanguinis missionem, at uacuationis quantitas non existit modo sed ex
alijs deprehenditur, quibus uerbis liquido cuiq; constat eosdem esse de missione
sanguinis scopos ac de eius quantitatis eductione, aut quidem ex alijs quanti-
tas sanguinis eductionis præter prædictos scopos depromitur, hi autem sub-
scribuntur, ut plethorica uocata sindrome, quod intelligit non solum in humo-
ribus redundantiam, sed in carnibus & solidis augumentum, ut in libro de ple
nitudine latius commōstrauit, Aeris præterea nos ambientis temperies in tem-
pus & locum diuisa. & quæ sequuntur. Amplius si quantitis eductionis scopus,
non pariter esset de sanguinis atractione, tunc uires ipsæ nulla ratione de san
guinis missione adesset scopus, & tamen. 4. deratione uictus acutorum. 20.
inter scopos de subtractione sanguinis sunt uires tenet quidem consequentia
nono methodi ponuntur namq; uires pro quantitatis eductione scopo, ita Gale.
scriptum reliquit, his tamen sanguinis detrahendum est quātum uires tolerant.
proinde igitur, ratio a calumniatoribus effecta nulla ratione locum tenet, ple-
thora quia de quantite sanguinis est scopus, igitur de missione sanguinis sco-
pus esse non poterit. quamobrem, plethora de sanguinis missione scopus est. in-
super cum ipse hipp. tres de sanguinis missione scopos sufficienter edocuit, mor
bum magnum, robur uirium, & ætatem, aut ita quartum scopum á nobis adiun
gendum esse, & ita hippo. in sufficiens esse, aut ad horum alterum trium ple-
thoram ipsam reducere opere precium esset, proinde ipse Gale. ad hoc sanè re-
spicens, ad morbum magnum plethoram perstrinsit, & aduersus minodorum eam
esse primā dicēīē, ait principes & primos scopos de sanguinis subtrhactione,
esse morbi magnitudinē & laborātis robur, & ei hāc esse primā dicēdū sigdro
mē, nā in plethoricā in qua seruata sit sāguinis missio reducit ī illa. n. & hæc cō
prehēdit, ut q̄ morbi magnitudinē adauget, qppe nō solū ubi iā adsit morb⁹ gra
uis sanguinis detrahendi tempus est sed ubi futurus uerisimile est. adde plethora
inminēs ē affectio seu morb⁹ igiť detrhactiōe sanguinis, scopus ex plethora de

promitur, & ad morbi magnitudinem adiungi meretur. nāmq; magnum morbū tribus modis Gale. distinxit, aut quia actu persistit, aut incipiēs aut quoniā imminet. & hoc cū ex plethora, tū nō ex plenitudine est iminēs, aduersus minodotū neminē ergo latere arbitror, plethorā ad scopū morbi magni de sanguinis emissione esse adiunctā. Gale. eodem in loco scripsit, itaq; si magnum fore morbum expectamus, aut iam presens aut incipiens venam tundemus qua propter, plethoram sub morbo magno cōprehensam esse, quam verissime ex Gale. decretis affirmauimus, ipsam tamen esse futurum atq; imminens morbum magnum, nemo est qui non intelligat. atq; frigidam sophisticāmq; aduersantium rationem dissolutam. sic. n. habebat causa morbi non est morbus, plethora causa est morbi sed neq; negauimus nos plethoram esse morbi causam, imó ingenuè asseuerauimus. Ex Hipp. & Gale. placitis. 4. de ratione uictus in acutis. ea sane ratione qua ex ipsa plures morbi magni futuri existunt. Ad causam morbi non esse morbum multiplicem esse propositionem cuiq; mediocriter in dialectica erudito medico facile constat. uel actu morbum, uel in minentem, uel incipientem, non enim causa morbi, actu est morbus, aut incipiens, sed longe ab his discrepat, at morbi causam, & imminentem ac futurum morbum coincidere simul, nemo sane uel parum eruditus medicus negabit. Quippè unusquisq; ex nostris dictis intelligit, plethorā & futurum morbum magnum esse, & sub scopo de sanguinis detractione sub morbo magno comprehensam fuisse. tu aūt ira excandescēs forsan magnum præsentem morbum. nos asserere credis, quod neq; per somniū in mentem peruenit. Iterum neq; tibi constans, asseris ex Gale. sententia, in præseruatiua arte ubi timor de magno morbo adesset, fieri uenæ sectionem, & explethora futurum magnum morbum imminere Gale. deratione curandi per sanguinis missionē asseruit, & tamen negas, implethora illud præsidium esse admouēdum. Cæterum quod inferre uideris, & in logica palestra, te haut quamq̄z exercitatum demonstrat, plethora quidem futurus est morbus, ergo est morbus, falsa sane est consequtio. Arist. autorem in comentario perihermenias, à coniuntis ad diuisa, quod in fert nō sequi asseuerauit nisi in essentialiter prædicatis ut si papa sim futurus igitur sum papa, bonus quidem sum dialecticus, ac bonus philosophus, optimus medicus, igitur sum optimus, vtinam. proinde siplethora morbus magnus futurus sit, igitur est morbus, minime consequentia locum tenet Cur ergo bone uir inficiaris, nos sub morbo magno ac futurum esse morbum plethoram affirmantes, aut cur uerborum cōtumelijs probum uirum incesto ore lacerasti, discas quæso cum omni æquitate bellè loqui.

HActenus studiosi uiri gigantum arrogantias aduersus nos penitus euertimus Reliquum est ad questionis cardinem accedere sed aduersus negātes uenæ sectionem, pro cautione abortus inutero gerenti plethorica equidem demostrauimus, ita sanè, ut si uel ipse Gale. aut Arist. re in hac demostrare voluissent firmius (ni fallor) demonstrare non potuissent, uerum quas alij repugnātes responsiones autumarunt, tantum abest ut non soluunt, quod ingentibus erroribus obruuntur. In nostro equidem opusculo grauidas mulieres, non raró sed frequenter forsan post conceptum plethoricam aceruasse dispositionē, nō absq; demostratione affirmauimus. istius oppositum iste bœoticus hō asserere credens raró atq; ratissimè mulieres plethoricas concipere uolens, ita habet (sed ego breuius perstringam) ex Hipp. sententia de natura pueri ita scribentis, nam cum vulue venæq; sanguine uacuæ sunt, semen ad sese trahunt fætùsq; concipiunt, igitur infert, uenis plenis non concipiunt, iterum ex Gale. deplenitudine, nam ubi mulieres hanc aceruauerint dispositionem, uel ea erit quo ad uasa, uel quo ad uires, illo modo cum uasa ipsa tument, maior erit necessitas expellendi quam retinendi, nulla igitur ratione fieri poterit, ut trhant atq; retineant, si uero altero modo quo ad uires, ipsis uiribus grauatis, potius erit intentio ad onus deponendum, quam ad suscipiendum semen. proinde magis uirtutis expultricis operatio quam retentricis, atrhactricisq; necessaria erit. Amplius moles & pondus ad abortum fætumq; deponendum operantur, qua ratione his stantibus poterit uterus semen ipsum trhaere, atq; atrhactum retinere, hæc ille. Sed quis quæso tam continens, deniq; omnibus numeris absolutus, poterit esse, ut ne hominis stupiditatem derideat, unde nos bonæ uir an mulieres plectoricæ possint cōcipere unquam quæsimus, uel unde à nobis affirmatum fuit plænas mulieres concipere plerumq; posse. uel quid istuc rei ad propositum, non ne à questionis limite desfluis, nos. n. ut omnibus in confessum est, de utero gerentibus plethoricis questionem tractauimus, ita ut à conceptu inplethoricas dispositiones deuenerint, & non ante conceptum, Hipp. sententia neq; ad propositum fuit, neq; pariter ratio eidem proposito quadrat, uel bene intellecta, nos enim ita in nostro opusculo demonstrauimus (ut breuibus perstringamus) ex Gale. decretis, q. in prædictis grauidis, ex retenta euacuatione assueta poterit plethorica dispotio fieri, ut in comentario decurandi ratiòne per sanguinis missionē, ita scriptum comperimus, plenitudines à suppressis mensibus oriri, at in conceptu menses supprimuntur, igitur post conceptum, his muliaribus poterit plethorica dispositio à

aceruari, maximè in nigrioribus benè comedentibus, atq; benè ualentibus, neq;
poterit à conceptu illa redundantia primis mensibus subtrahi namq; eo tempo-
re paucissimo ipse fætus à limēto indiget, paucissimum sanguinis suggerit, lō
gè ergò maior erit proportio in sanguinem aceruandum, quam à fætu eadem
quātitas subtr hi possit in primis mēsibus, immo usq; ad. 4. mensem quod super-
fluum est in uterum gerentibus non emendatur. pri. de coīs sim. neq; tantum in
omnibus id euenit, siquidem aliquæ mulieres frigidæ malè affectè parum come
dentes non bonam eucrasiam a natura sortitæ. proinde à conceptu inplethori-
ricam uocatam dispositionem non perueniunt, nisi quam rarissimè quibus secti
onis uenæ usum nos penitus negauimus, cū in his plethora haud nisi rarissimè
aceruatur quamobrem remanet ratio proposita in robore suo, neq; ei fuit data
aliqua responsio, aut sanè dari poterit.

QVod ut tueatur, à nostra quadā hipothesi, quæ explethora multos immi-
nere morbos, quos ex Gale decretis in nostro opusculo recensuimns af-
firmat, quippè hi morbi in plethorica uterum gerente pariter inminēt
& maxime de fætus suffocatione, proinde ex hac plethora (uia quidem suffoca-
tionis fætus) abortum iminere demōstrauimus. inquit de prouidētia esse questio-
nis propositū. ante quam explethora illis morbis progenitis actiones in utero
gerenti sensiliter læderentur. siquidem affirmat explethora abortum fieri non
posse, donec morbos predictos non pariat. at nos ex illis affectibus explectora
subortis fœtum suffocari, abortumq; fieri dixisse autumat. Sed amice candide cur
tam prospectos nostros sermones intelligere noluisti, unde nam nos deplethо
ra actu pariēte hos affectus demostrare uidisti, certè somniū tibi fuit nāq; enu-
meratis à nobis imminētib⁹ morbis explethora, subscrisimus. quare in uterū ge
rēti hæc pariter imminēt pericula, & magis de fætus suffocatiōe, igitur copia
sanguinis in primis mēsibus facile inducere abortū poterit. nō igitur per illos
subortos affectus abortū imminere perdiximus. sed ex sanguinis redūdatia. ex
qua preter id ꝙ affectus magni imminēt, facilius abortus periculū impēdere af
firmauimus. qua ergo sublata plethera, abortus fermè erit præcautio, quod aūt
ex ipsa plethora fœtus poterit suffocari, ita ex Hippo. uerbis demōstrauimus.
quæ ita habuerunt, sanguis in primis mēsibus parū ad uterū descēdit, quia si mul
tum descēderet, suffocaret. sed ex plenitudine cōtigit ipsius multum ad uterū de
scēdere. qua de re obrui & suffocari simul cōtigit. sed id subuertere tēsis neruis
conaris. intētionē Hippo. asseris, nō esse semē seu fœtū à multo sanguine suffo-
cari, sed singulis dieb⁹ parū sanguinis descēdere, ꝓ ut eo indiget, atq; uires ha-

bet trahēdi. ex hoc infers, fœtū ipsum donec suis gubernat uirib⁹ īpossibile esse,
à sanguinis copia suffocari. numq̄ enim trahit, nisi quātitatē quæ sibi iusta ē ac
et iā Galeni sentētia cōprobatur. 2. de naturalibus facultatib⁹, asserēs semen ex
suis uiribus gubernari, ac trahere sibi certā sanguinis quātitatē, qua sane indi-
get, ne q; ex multitudine profocari posse. Sed bone uiris si Hippo. & Gale. dicta
nostrāq; rationē pēsiculate legisses, ita incesto ore nos nō lacerasses. Hippo. de
natura pueri sanguinē ipsum, fætus uirtute descendere secundū iustū modū, nō
in copia, nam si incopia ueniret ad uterū, fætus respirare non posset, perindèq;
suffocaretur, uerba Hippo. subscribere licet. cū semē in vuluas decidit, primis
quidē dieb⁹ minus sanguinis à femina in vuluas descēdit & uadit, deinde plus.
Nam si multum descenderet simul semen respirare nō posset, sanguinisq; copia
obrueret et prefocaretur, quod in puerperis è cōtrario modo euenit, e quib⁹ hāc
colligo rationē, si multum sanguinis ad uterū descenderet, semē respirare non
posset, & suffocaretur, uerba sunt Hippo. adducta. adiungo sed in plethoricis
grauidis, multū sanguinis ad uterū descendere contigit, igitur & obrui & suf
focari fætum contegit. consequentia quidē locū tenet à priori antecedenti pos
sitione, ad consequentis affirmationē, restat quidē. Nunquid implethoricis mul
tum sanguinis, descendere cōtigat, quod sanè firmius cōmōstrauimus. uti paulo
infra subscribā. similis consequentiæ ratio ex Gale. uerbis abste addictis (quæ
etiam nos in opusculo cōsiderauimus) fieri poterit. 2. de facultatibus. demōstrat
ipse auctor, sanguinē ad uterū descendere, secundū iustā quantitatem nam aut
copiose descendit, aut oīo non descendit, non isto modo, quia natura esset san-
guis otiosus. non priori modo, quoniā fætus suffocaretur. locus igitur consequē
tiæ habetur, multo sanguine descendente suffocaretur sanè fætus. at inplethо-
ricis ita contigit quare explethora præfocari fætus poterit. Quā obrē Galeni
uerba. 2. de naturalibus facultatibus haud ad propositum fuerunt adducta. ipse
n. uirtutem atrhactricem in esse fætui, qua iustam quantitatem sanguinis sibi
allicit, demōstrare intēdens, neq; copiam citra indignētiam suggere, at nos ex
toto corpore illam sanguinis redundantiam ad uterum ruere cōmōstrauimus,
& si fœtus tantum actrahere, quantum sibi competit natura ipsa uideatur hæc
sanè ratione, uasis sanguine repletis grauatisq; coguntur. Aliunde quod gra-
uet expellere, at qui fortiores partes, ad imbecilliores fluxioniq; paratas,
ex Gale. 3. de naturalibus facultatibus, quod superfluū est trasmictere, commō-
strauimus. modo enim licet omni die parum sanguinis ad uterum descen-

dere contingit, expultrix quidem facultas, ad eam sanè partem mictere excitatur, à qua aliqua promouetur atrhactio tum quia uterus etiam fluxioni est paratus. id amplius confirmatum est ex Gale. dictis. 13. methodi de cura flegmonis, ut ibi latius exposuimus. sed respondet ueram esse rationem. si à toto ad fœtum sanguis ipse descenderet, sed quod descendit, ab ipso fœtu uel semine in quantitate uel qualitate moderata trhaitur, pro ut ipsi opus erit, ex nutrimento, sed in nostro opusculo adducta fuit, & comode hæc cauillatio reprobata, sed quid opus est uerbis, rationem à nobis adductam, perperàm ab alijs intellectam breuibus perstringamus. eo prius sumpto principio. Corporis totius uasis plenis (uti inplethora contigit) mittere q; quantitate superfluit ipsa coguntur. 2. n. de differentijs febrium scriptum id nobis reliquid, Gale. partes. n. quam primum cum, q; molestum est aceruant, deponere intendunt, id aũt superfluum duplici modo fieri contigit, aut qualitate, aut quantitate, aut in utroq;, inplethora quidē quantitate succis abundantibus omnino ex parte aliunde transmictere intendũt saneq; in partibus ipsius corporis fluxionem plerumq; fieri contigit. Amplius alterum subsumamus demostrationis axioma, cuiq; particulæ corporis, ipsa natura iusta operans, facultatès quatuor muniuit, & atrhactice, expultrice concotrici & retentrici, per ipsam sane athracticem, nutrimentũ sibi qnod conueniens est in qualitate & quantitate sugerit, ex quadam propietate ueluti in magnete, propietas adest qua ferrum attrhait. quamobrem sicut in fœtu propria est atrhactrix facultas, qua secundam iustam quantitatem & qualitatem nutrimentum sibi accomodat, ita in omni ferè corporis particula similiter euenit, ex 2. de naturalibus facultatibus Gale. ipse demonstrauit. at qui in semine hæc facultas longe notior apparet, quã in alijs corporis particulis. quibus acceptis, rationem equidem demostratiuam quisq; construere poterit. Particulæ omnes ferè corporis sanè præsistentes, nullòq; præter naturali affectu laborantes, atoto corpore, uel ab eius aliqua particula fortiori, suscipere fluxionem possunt. plurimum aũt aduenire conspicitur, nàmq; oculos sanos, tantum atrhaentes nutrimētum, quantum eorum naturæ conuenit, obthalmijs laborare plerumq; uidimus. & anginam in sano guctere, per fluxionem atoto uel à parte succedere, & inthorace sano pleuritidem, aliàq; fluxione. ipsa, membra sana modo herpete, modo phlegmone, modo herisipilate affici uidētur. Quemàdmodum in quã his partibus trahentibus, quod ipsis secundum iustam quantitatem cōueniens est fluxionem fieri contigit. ita à semine atq; utero, trahentibus secundum quantitatem competens nutrimētum à toto, uasis repletis fluxionem pariter ad ipsum

fieri necesse erit rationis itaq; firmitas eo habet, quod in omnibus eadē atrractrix nutrimenti facultas est secundum iustam quantitatem, licet in semine prospectior esse uideatur. At si quispiam forsitan diceret, ut ipse uideris hallacinari, pars nulla est, quæ dum sanitate fruitur, fluxionē absq; toto suscipere poterit, nisi sanitatem amittat, ex causa aliqua præter naturali, sic quidem aut dolore, aut caliditate in modica effecta sit. ita sane uasa expellunt atq; ad fluxionem irritantur, cum præter naturaliter pars aliqua afficitur. Id procul dubio, præter id quod falsissimum est, adest tamen contra omnium bonorum autorum sententias. & primum uasa ipsa ad expulsionem eius quod superuacuum est, promoueri, non tantum ex parte aliqua præternaturã affecta trahēte, sed ex eo quod ipsa repleta sunt, aut uitiatum humorem continentia, ita Gale. scriptis. 13. methodi reliquit, partes quæ mictunt, alias ut copia superuacuum uel ut qualitate molestum. alias utróq; modo succum propellunt, ĩde Gale. 2. de differentijs febrium ultimo. excretoria tunc primum ad suum opus excitatur, quando aut superfluitatum multitudine agrauatur, aut qualitate stimulatur. inde exemplum de uentriculo repleto ibidem Gale. adduxit, cum. n. cibum ampliorem assumpserit, ex nausea interdum uomere cogitur. interdum profluuio corripitur. quã obrem fluxionem fieri contigit ex parte partis mandantis, nulla existiente causa ipsius, in aliqua parte patiente. præterea si uasa ad expulsionem promouentur, quoniam a particula suscipiente aliqua præternaturali affecta fieret attractio, proculdubio omnem fluxionis causam ad suscipientem particulam esse reducendam, quod aduersatur non solum Gale. sed quotquot ex autoribus, qui in arte medica fuerunt. Commune. n. dogma fuit duplicem in uniuersum esse fluxionis occasionem, aut ex parte partis mandantis, aceruantis superfluum in quantitate uel in qualitate, aut ex parte membri suscipientis, quoniam uel est calefactum uel dolore quopiam affectum. quamobrem absq; eo quod in particula aliqua suscipiente affectio aliqua adnascatur, qua attractio fieret, poterit à parte aliqua mandãte fieri fluxionem. id quidem decernit plerisq; in locis ipse Gale. & precipue. 2. de differentijs febrium. Quemadmodum in uentris excrementis conspicitur, quaq; die excernitur quod superfluum existit, id in causa est, quoniam quaq; die aceruatur quod super uacuum est, quaq; die uentris expultrix facultas ad eius expulsionem promouetur ita sanè in ijs membris fieri contigit, namq; cerebrum uel uniuersum aliquando caput, aceruatam in eis superfluitatem ad alias partes expellere uidetur. ita & totum corpus repletum ad alias partes mictere cogit expultricem facultatem partibus ipsis sanis existentibus neq; ad

hanc fluxionem aliquid cooperantibus, preter tamẽ quòd natura ipsa sunt flu-
xioni paratæ. Præterea duplici causa fluxionis existente, altera quando mate-
ria à parte aliqua fortiori ad imbecilliores detruditur, altera quando eadẽ tra-
hitur à parte aliqua suscipiente, caliditate aliqua, aut dolore quopiam affecta.
de primo sanè fluxionis modo rationes nostre procedunt, ut cuiq; intelligenti
facilè constat. Partes ergò cum repletæ fuerint, atq; robur expultricis haben-
tes, expellere id omne quod superfluum existit coguntur, ideo plenum corpus,
ad aliquas partes intrinsicas imbecilliores, aut ad cutim propellere operepre-
cium erit. id uoluisse Gale. 2. de differentijs febrium notũ cuiq; est, ita scribit,
Nihil igitur mirum, uel cerebrum, uel uniuersum aliquando caput aceruatã in
eis superfluitatẽ ad partes imbecilliores expellere, veluti aures, oculos, tempe-
ra, labra, vel dentes, uel malas, uel palatum, uel gingiuas, ad gangrenam, & pa-
ristima, aut ad eos qui sunt in huiusmodi partibus adenas cũ nihil istis imbecil-
le constiterit, ex quibus fluxionem ad alias partes imbecilliores ex fortioribus
fieri omnibus in consensum fuit, ipsis tamen partibus suscipientibus nullo præ-
ter naturali affectu laborantibus, quæ res ex eodem autore. 13. methodi meden-
di non dificile demonstrari poterit, namq; cũ aliqua pars phlegmone urgeri
ceperit, uidendũ est an propter calo ẽ aliquẽ, qui in illa parte præternaturã sit
ort⁹, an propter dolorẽ ipsius, uel ꝓpinquæ alicuius partis hanc contraxerit.
Hæc sanè causa fluxionis in parte trahente persistit, post pauca subscribit (po-
nens sanè fluxionis causam ex mandãte particula nullo affectu existente susci-
piente) post hanc considerationem proximã illa contemplari, nunquid uicina
aliqua particula largius sanguinẽ ad partem phlegmone obsessam, trãsunctat,
uel totum corpus sanguine abundet quòd is est plethora. Igitur fluxionis cau-
sa à parte mittente, uel plethora in toto fieri poterit absq; causa præternatura-
li suscipientẽ particulam prius afficiente, & licet partẽ patientem phlegmone
obsessam dicat, tamẽ inquirit illius causam in parte mandante, non promota à
parte patiẽte. Proinde iterũ istius viri doctrinã magnã unusquisq; facilè scru-
tetur, & eã forsan Tessali doctrina nõ esse inferiorẽ, autumabit, nonũ dogma
construxit, certè asinini Tessali doctrina dignum, nullam partem phle-
gmone, aut aliquo præternaturali affectu affici poterit, stãtem toto plethora,
donec ipsa sit sana, nisi enim prius naturalem sanitatẽ admiserit, aut ex aliqua
causa præternaturali imbecillis efficiatur, nõ recipiet fluxionẽ, uel aliquo præ-
ternaturali affectu laborauerit ex fluxione suborto, ut phlegmone uel erisipe-
late. Videris bone vir totũ naturæ ordinẽ peruertere. Natura enim iustissimè in

omnibus operatur. Partes enim in humano corpore principales, alias minus
principales, alias ignobiliores, & ad usum alias construxit, ex Gale. decretis
de usu partium. c. de naturalibus facultatibus. 3. principes partes fortioribus fa-
cultatibus muniuit, imbecilliores, imbecillioribus. 2. de natura humana. 7. pro-
inde in omni corpore aliquod erit imbecillũ aliud validissimum, id q᷑ apud oẽs
medicos, vel vulgus in confesso est. Quam ob rem expultrix facultas, ualidissi-
mis, ac principibus partibus, firmior persistit, ut suũ malum detrudere possit, ui-
lioribus partibus non ita natura prouidens fuit, ut possiderent firmam expul-
tricem, sed debilẽ, ne ad nobiliora mẽbra uitium repellant, proinde natura sunt
partes alijs imbecilliores, aliæ alijs natura fortiores, ita in ciuitate, & in domo
1. politicorum fieri operepreciũ esse, imitans naturæ ordinem Aristotiles de-
monstrauit. Cum igitur natura paries sunt aliquæ imbecilliores, igitur natura
susceptiue, quare non ex causa præternaturali susceptiuæ tantùm redduntur,
ut erroneæ autumaris. Ita sanè. 13. methodi demonstratum reliquit. Gale. nam
tibi arbitror, non excidit, utpotè sæpè à nobis monstratum superuacanea, quæ
à ualentioribus partibus ob reduntantiam, uel qualitatem, expellentur, ea in im-
becilliores procũbere, atq; hinc accedere in galandule, quas adenas uocare, faci-
lè fluxiones recipere, & maximè quæ rariùs natura existũt, vnde liquido cuiq;
constat natura debiles partes esse receptiuuas, & magis si natura rariores exi-
stũt, ita et intrĩsicis partibus aliæ alijs ĩbecilliores existũt, ut liẽ, ipso iecinore,
uter⁹ iecore ĩtestina utero. & alia id genus. Amplius pars susceptiua ĩbecillis,
nõ tantũ ex morbo imbecillis, sed ex natura nullo preter naturali affectu in ip-
sa præexistẽte, generat. Gal. 11. meth. medendi, voco aũt imbecillam partẽ, uel
quæ natura est intẽperantior (alij nãq; alia sic se habent) uel quæ ex præcedẽte
aliquo morbo intẽperiem cõtraxit, uel quæ præsenti tẽpore in hac sit ꝓducta.
Quam ob rẽ ex his nemo nõ uidet, imbecillam partẽ susceptiuamq;, & natura
ipsa absq; affectu, & interdũ cum affectu fieri contigit, hanc sanè distinctionẽ
nescio, cur nõ aduertissi, quam uel ipse cæcus non uidit, ex quibus iterum ratio-
nem factã repetamus, particulis sanis existentibus tantũ alimenti trahẽtibus,
quod sanè pro ipsarum nutricione est necessarium, alijs fortioribus repletis
fluxionem ad eas natura imbecilliores fieri contigit, unde & flegmone, aut
hersipilate, uel aliquo præternaturali affectu laborare uidẽtur, similiter in ute-
ro sano præexistenti, tantum nutrimentum trahente, quantum pro ipsius em-
brionis nutritione suppetit, ad ipsum toto pleno copore fluxionem fieri, ne-
mo est qui negat. Vnde & fœtus suffocabitur, & abortus facillimè cõmittet.

Ad hanc rationem demōstratiuam, nisi quis phisica doctrina fuerit armatus sia-
bit uti, onos pros liran. Amplius nos non demōstrasse uterum imbecillem alijs
partibus esse, quod pro rationis firmitate deberet constare, asseruit. sed id satis
demonstratū fuisse puto, per id quod esse fluxioni paratum affirmauimus. Gale.
2. de natura humana. 7. partes fluxioni paratas atq; natura imbecilles, recenset,
intestina, uentrem, uesicam, & uterum ut de usu partium & alibi pluries, hec si
uias quibus que molestat causam habeat, euacuabit, & ex his largissime eueniēt
euacuationes, pariter si uiæ non adsunt, humores partes ipsas in tumorem pre-
ternaturam attollunt. Quare uterus alijs, ut iecore corde & plerisq; partibus
imbecillius est, igitur fluxionis receptiuum. Preterea est fluxioni natura para-
tus, item in inferiori parte locatus, ex omnibus his rationi consenum fit, uterū
& imbecillem alijs partibus ipso nobilioribus, & susceptiuum totius corporis
superfluitatum, igitur ad ipsum, toto pleno corpore existenti. fluxionem fieri,
cōtigit, & si quanto indiget tantum pro alimēto suggeret. Preterea quod pro
exemplo aduximus de cura phlegmonis in confirmatione rationis, rationi ipsi
coheret. Pleno toto existente corpore, curare partem affectam calescentibus
medicaminib⁹ haud licet, nāq; fluxio in affecta parte cōmouet propter id quidē
quoniam aliqua ab affecta parte attractio fit, proinde uasa ipsa repleta, ad eam
partem succos ipsos transmitteret. ita fieret, in utero gerentibus plenis poterit,
uasis ipsis deponere multitudinem intendentibus, utero preter morem omni die
sanguinem trahente (& si natu ralissime traheret) fluxionem ad ipsum fieri nō
impossibile erit, id tamen semper pro axiomate sumpsimus, materiam fluxioni
aptā præesse atq; uasis ipsis premultitudine expellentibus. Proinde ad alteram
a nobis factam rationem, que per successionem attracti sanguinis, respondet
nos redarguere studens pugnantia asserere nobis imposuit. Namq; a singulis
partibus ad fœtum redundantiā sanguinis transfluere nos asserere credit, modo
hanc ab ipso fœtu esse attractam, ac si esset calescens aut dolens. Id sane falsum
esse apud omnes in confessum est, namq; fœtus non atrahit nutrimentū sibi cō-
sequutione ad uacuum, sed exproprietate. preterea omnes utero gerentes abor
tirent, namq;, omni utero gerenti adest superfluum quātitatis sanguinis & qua
litatis, ex ipso Gale. liquido constat in conmentario de atra bile, si igitur trha
ctio sanguinis ad fœtum consequutione fieret ad uacuum, nulla sane esset mu-
lier, quæ non abortiret. Sed impossibilia captas. Iniuste. n. ac cum secordia no-
stra dicta inspexisti, unde nos asserere legisti sanguinem a fœtu subtrhai modo
calescente aut dolente, sed ubiq; asserere fœtum pro nutrimento sanguinem

ipsum atrahere propia uirtute, ueluti cetera alia mēbra trahunt sibi propriū nu
trimentum. rationis itaq; uerba non nulla rescribam, modo si atrahitur a fœtu
per uirtutē propriam, fit uasorum aliqualis inanitio, ad eam altera quātitas san
guinis succedit, & sic per quandam successionē armonica una alteri succedit,
totaq; quantitas sanguinis ad uterum delabetur. & suffocabit fetum, quantitas
igitur sanguinis uirtute propria fetus, quotidie atrahitur, & a uasis superflua
quātitas poterit simul ad uterū trāsmitti, Bone deus id nos sæpè affirmauimus
quamobrem cuiq; intelligenti ratio ipsa consiat. fœtu quotidie trahente, uasis
plenis exonerare intendentibus ad eam sane partem cōuenientius fluxionis pe
riculum imminet, a quo ipsius aliqualis tractio suggeritur. namq; sanguis gra
uis res cum sit, una parte deorsum tracta altera eadem succedere uidetur & una
alteri usq; quo tota superflua uasorum quantitas una rueret, nō quoniam a fœtu
trahitur, sed fieri per successionem ad atrahentem partem, uti demonstrauimus.
una. n. de fluxionis receptionis causa hæc est, quoniam membrum inferius est lo
catum, a superioribus nobilioribus fluxionem concitatam recipere poterit, ad-
iunge & sanguinis grauitatem, commotus. n. per naturalem attractionem ab
inferiori loco, una alteri succedens pars, tota redundantia facilius ruet, hanc ra-
tionem modo (& si antea haud percepisti) te intelligere puto, eamq; (quatenus
res ipsa suffert) demonstrare preposituum quidē ultra argumento asseris. tunc
in omni utero gerenti similiter abortus succedere, cum in omni tali superflua
quantitas & qualitas sanguinis aceruetur, ex Gale. sententia in cōmentario de
atra bili, qui asserit quod in utero gerentibus superflua & inutilis portio san-
guinis & quantitate & qualitate deterrima, aceruatur, & in uenis relinquitur.
Quid ergo prohibeat, ipsam ad uterum delabi, & fœtum suffocari, nihil profe
ctō? Sed ut turdus tibi ipsi malum cacasti, cum. n. portio sanguinis in grauis
darum uenis quantitate & qualitate deterrima relinquetur. aut tanta esset, quod
in ueni s tempsionem induceret, & ita plethoram efficeret, aut non, si primo mo
do grauidas mulieres in plethoricas deuenire dispositiones nō negabis, ac abor
tus pariter periculum imminere, & pro ipsius cautione uene sectionem esse ad-
ministrandam negare non debes. Si altero modo, ex ipsa quantitatis superfluita
te abortum periculum nulla ratione imminet, quare in his uenam secandam esse
in nostro opusculo, procautione abortus penitus negauimus. Preterea de simi-
litudine pro exemplo adducta in rationis expositione, nulla cum ratione habe-
re similitudinem asseruit. attractio quidem lapidis a manu, non respondet fetus
attractioni, pro ipsius nutrimento. preterea lapides ruunt, impedimēto sublato,

at sanguinis copia nisi à fœtu traheretur, nunquàm naturaliter ad ipsum flue-
ret, hæc ipse. Sed Plato in commentario de sanitate, dicebat, de quibus disseri
mus, cum nec possumus ad sufficiens horum indicium peruenire, hostes efficis-
mur, atq; irascimur. Nil igitur mirum uidetur, si ad iram concitaris. Gale. 3.
de naturalibus facultatibus, valentius membrum ab imbecilliori trahere demō
strans similitudinem quandam de manibus cibos habentibus apposuit, nam va-
lentior manus ab imbecilliori, rapit. Quamobrem nutrimenti tractioni, mani-
bus trahentibus comparat, ita trahere à lapidum aceruo quempiam lapidem nu
trimenti tractioni haùd quaquàm absimile uidetur. Pari quidē ratione, sangui-
nis copia descendere uidetur, quemadmodū prædicti lapides unà ruunt, ab acer
uatis lapidibus uno retracto. Præterea quia graues sunt lapides illos descude
re asseris, simili ratione una portio sanguinis deorsum tracta, reliquum sangui
nis redundantis, quia grauis res est, deorsum unà delabetur, atq; corruet. Par-
tes item inferne fluxioni paratiores esse apud omnes medicos nouum non est,
cum uel ipsi succi grauitate quadam constant, quorum proprietas est deorsum
corruere (præter spiritus qui unde quaq; mobiles sunt, ut Aristo. de animalium
natu. decernit) cum itaq; uterus loco inferiori locetur, fœtu naturaliter trahen
te, in toto redundantia, seu plethora præexistente, imminet, proh Iuppiter, ne
ad eum tota quantitas defluat, præcipitetq;, quoniam grauis est, uti de lapidi-
bus aceruatis cuiq; constat. Sed simile quod adducitur non in omnibus simile
esse debet, nam idem tunc utiq; esset, & non simile. His igitur demōstratis, &
quod in plethoricas utero gerentes dispositiones incidere solent, & quòd ex
ea abortus aliorumq; affectuum periculum impendit.

DEinde venæ sectione ipsis opem ferre oportere, demonstrauimus, nāq;
propter imminens periculum de his quæ explethora timentur, non esse
uenæ sectionem prorogandam, ex Gal. sententia de curandi ratione per san-
guinis missionem. In mulieribus (inquit) quibus mensium restitit purgatio, neq;
tamen profectò proroganda est in his euacuatio, uenæ sectione, aut tibiarum
scarrificatione. Igitur in utero gerenti stante plethora ex mensibus suppres-
sis, non esse in eis prorogandam uenæ sectionem, cui respondere laborat, Ga-
leni sententiam de mulieribus sensiliter in actionibus lesis, ac morbis, uel ali-
quo affectu præternaturali laborantibus esse intelligendam. Iterum dicit non
habere rationem locum, quoniā de mulieribus his. Gale. asseuerauit quibus præ
ternaturalis detinetur purgatio, quæ est simptoma morbum insequens, in utero
uerò gerētibus naturaliter menses supprimūtur, demùm ut solet millies, nobis
multas

multas ignorantias ascribit. Sed rationem adductam demonstrasse propositum
paucis uerbis exponemus. nā Plato in gorgias mores disputatorum edocēs, in
quit. Sed si de aliquo contendant, neq; concedat alter alteri, ut vel uerè, vel per
spicuè loquatur, excandescunt, & per inuidiam dictum putant, certantes simul
non aut quid erat propositum perquirentes, nonnunquam uerò tandem turpi-
ter discedunt, cū iniuriis, mutuisq; maledictis, ut etiam peniteat auscultantes
quòd eiusmodi homines audiēdos putauerint, fugiēdus ergò hic inter nos mos
est, sed is seruandus, quem paulò superiùs, scripsi, eos uidelicet qui inter se di-
sputant, haùd facilè posse cum disceptare ceperit, sic abire, ut remipsam defi-
nientes, se inuicē solum doceant, atq; discant. Rem igitur perstringamus. Gal.
de curandi ratione per sanguinis missiōe loquens de remotione plenitudinis
ex aliqua detenta euacuatione suborta, anteaquàm ex illa morbus aliquis ince-
ptus fuerit, à simili argumēto ratiotinatur. Vti in his quibus emerroidū aliqua
detenta sit euacuatio, audacter uenam incidimus, etiā si ante grauē morbum ex
perti non fuerint. Ita in mulieribus, quibus mēstrua restitit purgatio, uenam se
cabimus, aut scarrificationem administremus, antequàm in grauē ex plenitudi
ne morbum incidāt, verba sanè. Gal. cuiq; intelligenti cōstant, quamobrē uti
in his multitudinē accersantibus mulieribus, ne magnus ipsis morbus incipiat,
venæ sectio haùd quaquàm proganda est, ita & in utero gerētibus ex suppres
sis mensibus multitudinem accersantibus, ne abortus efficiatur, similesq; magni
incipiant morbi, proroganda uenæ sectio minimè est. Quomodocūq; autem
in utero gerente, aut in non utero gerente, purgationes supprimentur, naturali
ter, uel præternaturaliter, id sanè rationi nihil officit, nāq; uenæ sectio cōmen-
datur, non quia naturaliter, aut præternaturaliter, menses sunt detenti. sed quo
niam mēsibus suppreßis plethora suboritur, ex qua magni morbi futuri metus
adest, ut eos præcauemus, sanguinem mittere ocißimè expedit. Præterea ple-
thora, quemadmodū in non grauida magnos parit morbos, ex ipsa, in grauida
pari ratione, imò magis (uti paulò infra dicemus) pericula eadē impendunt, ex
eadē. n. causa īdē promouentur effectus, cū itaq; ratione imminentiū effectuū
uenæ sectionē in nō utero gerētibus ocißime cōmendas, pariter et in utero ge
rentibus nō esse progandā, ipsam sanguinis missionē, ex eadē causa, ingennè
fateri debes, q̄re nostrā rationē nō infirmat uestra distīctio, da naturali, et pre
ternaturali mēsiū suppreßiōe, quacūq; ratione plethora ipsa oriat. semp eandē
indicat intentionē, nāq; ex præterita causa nulla est sumēda indicatio curatiua
4. Meth. Præterea quòd asseris, eo cōmentario Gal. de suppreßione mensium
loquutum fuisse, quatenus simptoma ad morbum sensiliter actiones ledentes

in sequens autoris mentem equidem peruertis non enim (ut cuiq; seposito odio
intelligenti liquido constat) soluere morbum ex suppreßis mensibus eo loco p
docuit, cum de cura morborum nulla ratione ibidem loquatur. sed de plenitudi-
nis euacuatione. ita scribens, nam plenitudines a suppreßis mensibus ortas omni
no propere euacuabis, siue uenam secare oportet, siue scarificare, proinde quid
rationi obstat si mensium suppreßio sit simptoma morbum insequens, siue nõ? p
fectò nihil, supreßis enim mensibus multitudinẽ aceruantibus, magni imminẽt
morbi, quomodocumq; supprimẽtur, ut in. 5. particula Hippo. dixit. Si menstrua
non fiant ex utero morbi contigunt. Qua de re uniuersum, si suppreßis men
sibus plethora suboriatur, ex qua magni morbi impendunt, quorum ratione, p-
roganda in eis non est euacuatio, anteaquã predicti perueniant morbi, & actio
nũ sensilis læsio efficiatur, igitur simili ratione supreßis mensibus in grauidis
ex qua in plethoricam deueniret dispositionem. Venam secabimus, priusquã pre
dictis noxis afficerẽtur. In suo igitur robore ratio nostra remanet, neq; aliqua
responsione equidẽ frigida infirmata, neq; pter secordiã intelligi tenta fuit.

AMplius rationem induxi demonstrantem, in grauidis plethoricis, quod
suffocationis, ac abortus periculum imminet, tutius esset plethorã ipsam
sanguinis mißione, quã inedia, uel cibi parcitate, submouere, aduersus id Gale.
sententiam adducis, 4. methodi, qui ad plethoram submouendam posuit, inediã
& cibi parcitatem, licet nõ cito, quemadmodũ sanguinis mißio efficiat, perinde
ac si eam sententiam in nostro opusculo non adduxissem, quæ tamen sententia
ibi fuit a nobis exposita, quòd licet poßit plethorã cibi parcitas, aut inedia sub
mouere, id ad tempus magnum, & non absq; noxa efficit, citius aũt morbi im-
minentes ex plethora incipient, quàm per cibi parcitatem subtrahi videantur,
quam ob rem stat ratio. Quo proxime fœtus deperditio, aut de caloris subita
suffocatio, & alia ex aliqua dispositione preternaturali in corpore quocunq;, su
borta, imminent, ea dispositio per illud presidium substulenda est, quod citius
absq; noxa, quàm per ea instrumenta, quæ ad tempus, & cum noxa, ipsam sub-
mouent, & . 9. methodi depromitur, & apud omnes medicos id in cõfessum est.
At ut asseris uenæ sectio citius ipsam plethoram subtrahit, cibi parcitas cum
magna mora. Relinquitur tutius esse, sanguinis mißionẽ admonere, quàm ci-
bi parcitatem, id Gale. 4. de ratione uictus in acutis confirmauit. c. 25. inquit,
uelocißimè antequã hæ noxæ apprehendant hominem, esse venam secandam:
Nõ ergo per cibi parcitatem id ocißimè fieri poterit, ut ueritate coactus asse-
ris. Insuper quasdã distinctiones (ut rationẽ fugias) autumas, equidẽ uel falsas
& non ad

& non ad rem, asseris primum cibi parcitate tutiùs plethoram quæ insensiliter
ledit actiones submoueri, quàm uenæ sectione, at plethora quæ sensiliter actio
nes offendit, ex qua imminent magni morbi, quæ est in athletis, uenæ sectione
tutius submouetur, de qua te non loquuturũ dixisti. Vide amice qualiter ex ter-
go stolam portas, alijs equidem conuitia imponere conaris, tua enim grauißima
errata, quæ uel cæcus ipse uideret, cecutiris. A quo erudito autore quæso hanc
diuisionem, plethore alterã lædere actiones sensiliter, altera est, quæ lædit in
sensiliter actiones colligisti, quam nemo eruditus unquàm post hominum me-
moriam fecit, & peius quòd plethora ex qua imminent futuri magni morbi ea
sit, quæ actiones sensiliter ledit, asseruisti, & peßimè, in athletis eam pletho
ram in esse, quæ sensiliter actionibus officit. Fuit sanè quidam Philosophus, cui
Crassus erat nomen impositum, qui in uita sua nunquam risit, cum autẽ asinum
carduos comedentẽ uidisset, semel risit. Hic quidẽ si hæc audiuisset, bis in uita
profectò risisset. Quo uerum ad primum attinet animaduertendum est, primò
methodi actionum effectrices causas nil aliud quàm calidi, humidi, frigidi, &
sicci, euerasiam esse asseruit, ex hoc consequens, euenit, functionũ naturalium
causam esse horum simetriã, læsarum uerò horum ametriam, insuper ut cuiq; li
quido constat, plethoram causam esse morbi, neq; enim præternaturalẽ esse con
stitutionem, neq; naturalem. ex Gal. primo meth. longè enim causæ morbi ab
ipsa naturali, uel præternaturali constitutione absunt, quæ sanè functionũ cau
sæ existunt, ex his rationẽ construere facilè erit, naturalium actionum causa,
eadem præternaturaliter effecta præternaturalium actionũ causa est, ac natu-
ralis constitutio actionum naturalium est causa, igitur & læsarum causa, præ
ternaturalis constitutio equidem erit. Sed plethora ab his longè distat, igitur
ex ipsa sensiliter, uel insensiliter actiones haud quaquàm ledũtur. Præterea ei-
dem generi ascribuntur cõtraria, Aristo. autore & Gale. primo meth. at actio
nes sanè & læsæ sunt contraria, quia morbus, & sanitas sunt contraria, ergo
eidẽ generi attribuuntur, sed sanarum functionum est naturalis constitutio cau
sa, ergo functiones læsæ, siue sensiliter, siue insensiliter, à præternaturali con-
stitutione, seu ab intemperantia (quòd pro eodem sumo) prouenient. Amplius
de differentijs simptomatum, & in commen. 2. de natura humana demõstratum
nobis Gal. reliquit, id quod actionibus offendit primo est morbus, plethora non
primò actionibus officit, igitur non est morbus, hæc ad licteram. 2. de natura
humana ratio ipsius Gal. fuit, ex hoc plethora neq; insensiliter actiones lædit,
nisi enim aliquis interueniat præternaturalis affectus, nullo pacto ex plethora

poterit functionũ aliqua læsio prouenire, quare nemo in Arte, uel mediocriter eruditus apud Gal. uel aliquẽ eruditorum uirorũ, causæ morbi functionũ sensiles, uel insensiles læsiones esse ascriptas conspiciet. Itaq; nulla ratione dici proprie debemus, plethorã sensiliter, aut insensiliter actiones ledere, uel si improprie, aut mediate, uerificare tuã sententiam forsitan credis, nunquam tamẽ Gal. uel aliquis eruditorum uirorũ in Arte hoc modo loquutus fuit, causæ morbi uidelicet actionum noxas tribuens, sed semper affectui præternaturali à causa morbi longè distinto. Tu qui nodum in scirpo queris, nunquid propriè, uel impropriè loquuti sumus? obijcere tẽtas, in foueam quam fecisti, cecidisti. Quo ad alterum uidelicet plethorarũ alia est quæ sensiliter actiones ledit, altera insensiliter, & si dispositio actiones sensiliter ledẽs morbus dicatur esse, ut demõstratũ fuit, neq; ex plethora actiones sensiliter ledãtur cum sit causa morbi. vnde nã præterea Gal. uel aliquem eruditorum uirorũ actiones insensiliter lesas asser uantem uidisti? noxam enim insensilẽ in actionibus, neq; naturalis Philosophus neq; medicus pariter, cõtẽplari poterint, aut dignoscere. Nãq; læsio in actionibus quæcunq; sit sub genere mutationis, & motus est, ut cuiq; liquido cõstat. At Aristotil. nullũ asseruit motum posse insensilem esse, Igitur nulla actionis noxa insensilis dari poterit. minor Arist. est. 8. de phisico auditu antiquiores refellentis, omnia in motu assentientes, sed sensibus latere. Igitur neq; medicus noxas in actionibus insensiles poterit contemplari, aut dignoscere, cum ipse sensiliora quàm Philosophus naturalis in arte producat. Dices forsan, ut quidã nebulones dicere uidentur, antiquorum autorum decreta peruertẽtes. In neutro actionũ læsiones insensiles sunt. Præterea dices ad plethoram maximẽ quo ad uasa, tensiua ipsa subsequitur dispositio, quæ insensilis est offensa. Dicimus autem neutri actiones esse sensiles, cum uel ipsum Gal. 2. de Arte medicin. ipsius signa, quæ proculdubiò sensibus notissima existunt, perdocentem, quisq; uidere poterit, & primo de tuenda ualetudine idem autor sanitatis plurimã esse latitudinem asserens, neutro actiones adscribit, sed imbecilliores, at imbecillitas functionũ sensilis est, neq; est præternaturalis læsio aliqua, namq; cũ actionum imbecillitate sanitas ipsa persistit. Ad id aũt quòd dici poterit ad plethoram sequi lassitudinem tensiuam. Gal. in. 4. de tuenda ualitudine, plethorã asserit causam, affectionem, lassitudinem, tensiuum sensum simptoma. Sensus ergo tensionis à plethora non proficiscitur, sed ab affectione. 2. de natura humana, actionum læsio nulla est ex plethora, sed interueniente aliquo uitio. Sed de his satis in nostra expositione super Gal. de arte medicinali copiosius diximus. Præterea Gal. noxam in actionibus tripliciter distinguit, aut sunt ablatæ, aut corruptæ, aut diminutæ, insensiles læsiones non sunt ablatæ, ergo uel corruptæ uel diminutæ, sed ista corpus ægrotare demonstrant, igitur insensilis læsio cum sit actio diminuta, uel corrupta, ægritudinẽ præsentem affirmabit. Amplius noxæ quæ ex plethora imminet uerũ esse de ea plethora, quæ sensiliter actiones lædit, quæ est in corporibus athletarũ, de qua non te loqui asseruisti. Sed. 6. epidimiõ Gal. scriptũ nobis reliquit, turpè esse medico nugationes cõmittere, atq; pugnantia affirmare. Si. n. plethora aucta multũ, sensiliter actionibus offendit, ipsa ꝓculdubio morbos ꝓduxit, nam sensilis læsio in actionibus morbũ, atq; præternaturalẽ affectionẽ in existentẽ demonstrat, primo de locis affectis, & primo meth. ex ea tamẽ noxas futuras imminere cõcedis, si ergo imminent futuri morbi magni, non actu creauit, & si actu produxit, non immient, quamobrem repugnãtia dicere luce sole clariore cuiq; cõstat, nãq; plethora actiones sensiliter lædit, igitur morbos actu ꝓduxit. 2. de natura humana, si morbos creauit ex ea nõ imminẽt, nã qui imminent futuri istãt. Sũt. n. hæc longè distincta. Præterea plethorã in athletis existentẽ sensiliter actiones ledere asseruisti. Plat. 3. de leg. ex quo Gal. de bona habitudine deprompsit, hæc corpora in actionibus gimnasticis esse sana, & ad actiones maximi possidere robur, demonstrauit, quomodo sensilẽ lesionẽ in actionibus ꝑpter earum plethorã habere asseruisti, hæc enim bona est habitudo, licet non sit tuta, hoc est quoniã eis magni futuri morbi imminent, propterea quia ueniunt ad summam repletionem, aliud igitur est corpus non esse tutum, sed periculo magni morbi obnoxium, aliud quidem est ipsum esse in actionibus lesum. Athletarum sanè corpora propter eorũ magnã repletionem non sunt tuta, sed magnorum morborum periculis subiecta, ipsa tamẽ in actionibus haud quaquàm sunt sensiliter lesa, nam in actionibus naturali bus benè comedunt, benè appetũt, meliùs concoqunt, ac concoctos cibos distribuunt, in actionibus uitalibus, rationalibus iterũ, non sunt lesa, nam sunt robusta ad pugnas, & ad exercitiũ, sanguinis enim copia, & actionũ robur ultra modũ in eis augentur, ut in lib. de plenitudine cõstat. Amplius quæcunq; corpora actionibus sensiliter sunt offensa curatiue methodi sunt subiecta. Primo meth. hoc esse medẽdi meth. ꝓpositũ Gal. ipse lucidissimè demõstrauit. Atq athletarũ corpora sub gẽnastica arte reponunt, et nõ sub curatiua arte. Gal. autore in com. ad transibulum, num sanitatis ars tuẽde ad medicinalem, uel ad exercitatoriam spectat, relinquitur ipsa athletarum corpora in actionibus sensiliter non esse offensa, ita quidem scriptum reliquit Gal. præallegato loco, cũ. n. hæc ars salubris facultatis sit pars, quid opus est de flagitiosa istorũ arte dubitare?

quæ cum neq; artis corpus curantis nullo modo pars esse possit, quamobrē ha-
bitus athletarum, & si sit flagitiosus, atq; periculosus, non spectat ad artem cu
ratiuam. Sed ad conseruatiuā, quæ licet plures partes habeat, reducitur ad par
tem artis, quæ salubris dicitur. Quid ergo, heus bone vir, athletarum corpo-
ra per ipsarū summam plenitudinem in actionibus sensiliter offensa esse assen
tisti? & si quispiam ambigeret. Gal. ex Platonis sententia quæ hunc habitum
non naturalem affectionem esse asseruit, dico idcirco esse non naturalem affe-
ctionem, quoniā est periculosus, neq; augeri debet, sicut naturalis habitus, hi. n.
quo magis augentur eo tutiores persistunt, non quòd actionibus ipsis sensiliter
sit offendens. Cæterum neq; inediam tribus, uel duobus diebus pro plethore sub
motione admouendam esse, neq; cibi parcitatem, asseruimus. Cibi enim parci-
tas non remouet plethoram, nisi permultum temporis spatium, sed ocissimè
plethora substulenda est propter imminens periculum, aut abortus, aut subitæ
doloris natiui suffocationis, aut subite mortis. Præterea & mulier vterogerēs
ex hac parcitate debilitatur, præterea est periculosa, quia est cum mora, citius
enim noxæ imminentes peruenient, ex ipsa plethora, quàm ex parcitate cibi
corrigi uideantur. Sed aduersus id quod diximus, grauidas debilitari ex cibi
parcitate, & quòd absq; periculo non sit, in grauidis plethoricis cibi parcitas,
istat. ex. 4. affo. prime. par. conseruans alimentū est quòd modicum existit, idē
in. xi methodi, & de dignoscendis, curandisq; animi morbis modicum cibum
robur tuetur. Præterea secundo lib. de causis simptomatū prauas appetitiones
in grauidis in. 4. mēse quiescere, ptim ex uomitu partim qa cōcoquunt, ut pote
exiguūcibū, sumēte muliere ob fastidiū asseruit, si ergo uitiati humores ex pau
ca absumptione cibi coquuntur, quātò magis in plethorica dispositione, nondū
sensiliter lædente superabundans sanguis, tum coquuntur, tum alimentum sup-
peditabitur, pars aliqua difflabitur, & sic plethora amouebitur. Sed hæc dicta
neq; rationi obstant, neq; rem ipsam decernunt, nam alimentum damus sanis,
aut, quo uires augeantur, aut quo tueantur, si primo modo plenius esse oportet.
Altero modo modicū esse Gal. in affo. 4. primæ par. autumauit, sed tamē istud
uires seruans plethorā, aut non ammouet, aut longo temporis interuallo ipsam
digerit, namq; ubi ex quopiam alimento uires seruantur sanguinē ipsum, carni
formia, & solida pariter seruari, necessè erit, uires enim ex tribus constant, pri
ma particula affo. 15. & in. 11. meth. quamobrem seruans uires alimentum mo-
dicū, hæc pariter seruabit, si ergo spiritum, & sanguinem seruans est, nō ergo
plethoram submouebit. Diceres forsan Gal. de plenitudine asserit, sanguine
parciore

parciore reddito, nō necessè sequi, uires suffirmari. Igitur si modicum alimentū
sanguinem minuit, uires seruantur. Dico sententias esse conformes, ut alibi di
ximus, at modicum alimentum, aut non aufert plethoram, aut magno tempore.
Proinde adductas sententias modicum alimentum uires seruare docentes, iam
affirmauimus, sed ex ipso plethora nō submoueri demonstrauimus, quapropter
ea cibi parcitas, qua ipsa exhauritur plethora, est tenuis uictus, aut absolute, aut
in extremo, quia iste uictus rationes, uires minuunt, & per consequens spiritus
& sanguinem subtrahunt, sed huiusmodi ratio uictus est sanis periculosa. Ex
Hipp. sententia in prima pla. quæ ita est scripta, propterea etiam sanis pericu
losus existit ualde tenuis, & constitutus, & exquisitus uictus, proinde uictus ab
solute tenuis, aut tenuissimus est sanis periculosus, ideo uterogerentibus cum
maiori admouetur periculo, huiusmodi uictus, aut tenuis absolute, aut tenuissi-
mus, ex quibus equidem uictus rationibus plethora ipsa substollitur. Rursus
neq; motu plethora in uterogerentibus tutè submoueri poterit, quoniam est pe
riculosus, abortum quidem inducens, cui aduersaris ex Hipp. sententia de mor-
bis fœminarum, si mulier plusquàm tempus poscat defatigetur, abortiet, è quis
bus uerbis colligis non omnem motum, seu exercitium esse abortus inductiuū,
sed tantùm is qui superfluus est, namq; ex moderato motu, uel exercitio, duo cō
moda succedere dicis ex Gal. in. 2. de tuenda ualetudine, & excrementorum
inanitio, & euexia. i. bona habitudo caloris. In hoc bone uir certè cognosces,
quòd sicut non omnes qui habent citheram, sunt citharedi, ita non omnes, qui
Gal. ore tenent, Galenice sappiunt, adducis Gal. 2. de tuenda ualetudine, de cō
modis ex exercitio prouenientibus, & tamē inter exercitium, & motum diffe
rentiā ibidē ex Gal. declaratā non aduertisti, nō enim uideris notissimā diffe
rentiam inter exercitationem, & motum dignoscere, exercitium, & motū con
fundis. Gal. loco dicto non omnē motum uocat exercitationem, nisi motus ipse
sit uehemens, quare exercitium est motus uehemens, & laboriosus, ad hunc itaq;
uehementē motū cōmoda illa subsequuntur. Motus itaq; grauidis admouendus
uel est uehemens, & fortis, aut non uehemens, sed debilis, & ab ipso exercitio
longè distinctus, si primo modo, ille est periculosus, atq; hic proculdubiò abor-
tire facit, & apud Hipp. & omnes autores, unde Auicen. immodicū motū ipsis
interdixit, si uerò modicus exhibendus esset motus, hic ad plethoram submouē-
dam, equidem non est sufficiens, namq; ille motus non admouet plethoram ad
quem non sequuntur commoda exertitij, quorum unum est euacuatio superua-
cuorum, sed Gal. autore. 2. de tuenda ualetudine, ista euacuatio ad uehementē
motum, qui exercitium dicitur, subsequitur, & non ad modicum motum qui non

est exercitatio, relinquitur per motum modicum, non posse plethoram exhauri
ri in utero gestantibus. Itidem nugationes te committere non aduertisti, motū
grauidis eū admouendum, ad quē cōmoda exercitij subsequuntur, ais illum mo
tum non esse uehementē, & superfluum, si ergo non uehemens, non sequuntur il
la commoda, si cōmoda illa sequuntur, uehemēs sanè erit motus, & si hic cōpe-
tens erit, efficiet abortum, si modicus non exhauriet plethorā, quapropter per
motū intelleximus in ratione, qui sufficiēs est plethorā substulere, qui uehemēs,
& immodicus quidem est, hic sanè periculosus existit, namq; Gal. sentētiæ, mo
tum plethorā dimouere docentes, de eo sanè qui superfluus, & immodicus mo-
tus est, qui propriè exercitatio dicitur, intelliguntur. Præterea asseris hūc mo-
tū in partibus superioribus tantùm adhibitum remouere plethoram, ultra tem
pus factū, & multū, ratio nostra demōstrat plethorā esse ocissimè submouen-
dā, quod per sanguinis missionem fieri, nemo est qui negat. Præterea qua ratio
ne hic motus superioribus partibus multus efficietur, absq; commotione in par
tibus inferioribus immaginaris in grauidis, nisi quidem eas, texere, aut philare
perdoceas, & sic eris, bonbilios anthropos. Amplius demonstrauimus q̄, ex eadē
ratione, frictionibus ocissimè ea plethora in grauidis nō poterit submoueri, tū
quoniā non poterit admoueri nisi in partibus superioribus, quia in inferioribus
fieret abortus, modo æqualiter frictiones administrari debent, rationem hanc
soluere laboras, ut soles à grauissimis erratis te esse tractum nō uides, ut à to
to redundātia substulet per frictiones, nō esse opus æqualiter fieri in toto cor-
pore frictiones, cū ipse Gal. nedū in crudorum succorū copia id fieri præcipit
asseruisti, multæ sanè aduersus hoc Gal. sentētiæ extant, & in. 12. metho. docēs
curare in toto crudorum humorū copiam, per frictiones, ipsas æqualiter in to
to corpore fieri precipit, cuius uerba licet subscribere, incipere oportet statim
in morborum principio, ac primum à cruribus superne deorsum, idq; linteīs nō
admodum mollibus, sed aspredini mediocre quid habentibus, & post pauca, de
hinc tota brachia, ab humeris usq;, atq; superne deorsum simili modo sunt fricā
da, ex quibus liquido cuiq;, uel mediocriter intelligēti constat, in totius corpo-
ris redundātia, ubi uires euacuationē nō sufferunt, per frictiones exhauriendā
esse Gal. edocuisse, eas quidē in toto corpore administrandas esse, admonuisset,
idē in. 2. de tuenda ualetudine, de frictionibus loquēs, nō solū ut tu falso credis,
ad gimnasticū exercitium actinentibus, sed ad curandā tensiuā lassitudinē ex
plethora in toto frictiones fieri edocuit, namq; de apotherpia agitur, qua corp⁹
supfluitatibus expurgatur, & a lassitudine tutū euadit. 3. eiusdē. Insup asseris, p
frictionum

frictionū modū plethora ipsa in toto existens ocissimè submoueri possit, & is
est, effectis multis, ac frequēter frictionibus in superioribus partib⁹, in plethori
cis utero gerētibus, reseruatisq; poris cutis tenuatisq;, æqualiter succorū eo lo
co manentiū efficitur difusio, ac defluctio, ad quā tamē superfluā calefactionē p
multas frictiones factā, cōsequutione ad uacuū, aliorum humorū æqualiter in to
to corpore abundantiū, ad ipsas partes efficitur tractio, & p succedentē aliam
frictionē, simul ipsorū efficitur difflatio, & ita ad illā frictionē aliorū humorū
efficitur tractio, & simili modo, ad illā frictionē, taliter ut totius plenitudo, to
taq; totius corporis redundantia exhauritut. Sed dic queso hāc medendi metho
dū apud quē rationalē medicū deprōsisti, nū apud Hipp. Gal. uel aliquē rationa
lium, certe nō, nouā ergo inuenisti, ò magnū medicū, sed cauendū mihi, multas
frictiones, ut pori reserētur fieri præcipis. Diminuta hæc sane est medendi me
thodus, & falsa. Gal. 2. de tuēda ualetudine, frictionū species in quātitate, & q̄-
litate partiēs, triplicē in quantitate speciē, multā uidelicet, paruā, & mediocrē,
in qualitate triplicē quoq; mollē, durā, & mediocrē, demonstratū reliquit, cæte
riq; oēs rationales medici ad eius fermè sententiā deuenerūt, atq ut apud ipsum
Arist. obscurū non fuit, nulla equidem quantitatis differētia, absq; aliqua quali-
tatis differentia, natura ipsa psistet, igitur cū multa frictio sit frictionis differē
tia in quātitate, qualiter ergo in qualitatis subministret differētia in quātitate
aut molli, uel dura, uel mediocri, id quidē q̄ maximè necessariū. nō exposuisti,
sed hallucinaris ad multā, & durā frictionū speciē, ex qua quidē pori obstru-
unt ex Gal. 2. de tuēda ualetudine, & ipse paul⁹ Gal. simia lib. 1. c. 18. decernit,
inqt aūt, ex frictionibus dure qdē, ac uehemētis, uis est astringēdi, atq; indurādi
itaq; multa frictio, & dura cū poros obstruat, oppositū effectum assequaris, sers
ratis. n. poris succi detinent potius q̄ difflētur, si. n. mollem intelligas, hæc sane
corpus ipsum emolliēs trāspirabile eū efficit. Sed id quidē in redundātia in toto
existente minus bene subministret, atq; falso credis p hūc modū ipsam pletho
rā esse absq; noxa exhauriendā. Aeti⁹. 1. serm. c. 43. de lassitudine tēsiua spōta-
nea loquēs, q̄ sanè plethore est affectus. 4. de tuenda ualetudine in hoc uenæ se
ctionē optimū esse auxiliū demōstrās, scribit. At uerò toti⁹ corporis euacuatio
nē, ad distentarū partiū laxationē pcedendū est per untiones, & frictiones mol
les ociū, ac qetem, è quib⁹ uerbis molles frictiones fieri precipit in redundātia
sanguinis post uenæ sectionem, neq; unq̄ uel apud ipsum Gal. uel aliquem eru
ditorum uirorum hæ frictiones multæ, & molles corpori plethorico admotæ
fuerunt, nisi post totius euacuationem per uenæ sectionem.

Auerroës.4. co. medici qui fuerunt de secta erasistrati præceperunt ne flobotometurr, & inmixerunt exercitiũ, & quando hoc facere cepit, humores dissoluti discurrerunt per corpus, & mortuus fuit, quare & frictiones, & exercitium, ante euacuationem totius, sunt maximè periculo obnoxie. Præterea, cum tensio absq; exercitatione proprium plethore sit, in lib. de plenitudine demonstratum fuit, at ipse Gal.4. de tuenda ualetudine, huiusmodi plethoram curare docens, inquit, ubi uero sanguinis redundantia grauat (dictum puto ut supra est) optimum esse uenam incidere, uel malleolos scarrificare, loquens de natura lapsa ab optima natura, quia de optima supra fuit loquutus, & subscribit, quantum ergo discrimen additur, si sanguinis detractionem ommiseris, alia uacuandi ratione utaris, ecce bone Deus, ubi Gal. de ipsa plenitudinis curatione agit (quamuis.4. meth. & alibi pluries frictiones, motus, inediam, balnea, ad ipsam submouendam apposuit) tamen semper condemnat hæc instrumenta, ipsaq; nõ noxis carere asserens, solam unam uenæ sectionem præ cæteris comendat, atq; ipsam exercet, quoniam hoc præsentissimum est præsidium, alia cum noxis, & ad tempus. Proinde infra scribit, hæc quidem laxitudo ne paucis quidem horis, ne dum duobus, tribus'ue diebus, eodem tenore cõsistit, prout erasistrato placet, sed statim febrem accendit uehementissimam, nisi sanguinis detractione malo prius sit occursum, hæc Gal. de plenitudine loquens, antequàm pariat morbos, quia est detuenda ualetudine propositum, quod idem Aegenita lib. primo asseruit cap. de laxitudine, & Aetius libro superius allegato enarratis noxis ex redundantia uenturis scribit, conandum itaq; est, ut redundantem sanguinẽ euacuemus quàm citissimè, priusquàm aliquod malum, circa aliquam corporis partem operetur, quod sanè uenæ sectione perficitur, cur igitur est quòd in utero gerenti uenæ sectione dimissa, stante plenitudine, ad eleboricũ confugisti modum medendi, si autem Gal.12. metho. frictionibus hominem plenum curauit, id non est nostro proposito inseruiens, namq; erant uires in illo imbecilles, nõ sufferentes sanguinis subtractionem, nos robore uirium existente supponimus. Præterea succi crudi abundantes erant, à plethora seiuncti. Rursus altera fuit à nobis inducta demõstratio, quæ ex uitiato, mordaciq; sanguine abortus periculum imminere commõstrat. Si enim fœtus optimum sanguinem ad se trahit, quod autem sanguinis uitiati multo in toto existenti, ad membranas, unà cum sanguine dulci descendẽs per fœtus ipsius atractionem, mordicatione in ipsis inducta, membranas disrumpit, & ad uterum confluit, pariter ipsum mordicãs, unde ad ipsius expulsionẽ uterus promouetur in simul, & illos mordaces succos,

atq; fœtum

atq; fœtũ ipsum propulsat, ut de uomitu.5. de usu partiũ, Gal. fieri edocet, nãq; tertio de naturalibus facul. una de abort° causis huiusmodi morsus est. Sed credis soluere per falsam distinctionem, de plethora insensiliter ledente, & si sit uera, neq; rationi factæ, aliqua uia quadrat, uitiosi namq; succi, atq; mordaces cum sanguine ipso permixti, nondũ affectionem aliquam pariẽtes futurum periculum morsu in utero impedit, quandoquidẽ id ratio adducta demonstrat, siquidẽ ad uterum ruentes, morsum inducunt. Sed præcautio est abortus ubiq; quis hoc futurum præsenties, eos succos ammouet, sanguinẽ ipsum ab illis mundum reddens. Quamobrẽ, nos de pura esse loquutos, nemo sanè est qui aliter sentiat, at quòd insuper asseris, uitiosos succos sanguine permixtos esse retificandos, per inediam, atq; cõmodam rationem uictus, iam supra efficacissimè fuit reprobatũ istæ quidem rationes ad tempus plethoram subtrahunt, & cum noxis. sectio uerò uenæ ocissimè, & absq; noxis. id Gal. decernit in.4. de tuenda ualetudine, cũ enim mali succi cum sanguine fuerint permixti, nullum tutius, atq; conuenientius præsidium est, quàm ipsa uenæ sectio, & loquens de pura præcustodia, in redundantia totius corporis, iterum q asseris aduersus rationẽ, supra fuit reprobatum, tunc enim dicis in omni utero gerenti, abortus ex hoc uitiato sanguine periculum immineret, non enim sequitur, quandoquidem neq; in omni est redũdantia, uel plethora, neq; in omni est mordacium succorum copia, ex quibus uel propter pondus, uel pp morsum abortus periculum immineat. Quòd autem uitiosorum succorum cum sanguine permixtorum copia, abortum parere possint ex Hip. sententia confirmauimus, tertio de morbis uulgaribus, apud Patimidẽ mulier quædam abortiebat, ex redundantia uitiosorum succorum, cui respondes, nos illam sententiam non intelligere, abortiuit enim hæc mulier ex morbo genito ex uitiosis succis, ita ut morbus præcesserit abortum, & non ẽ cõtra neq; ad uitiosos succos abortus successit. Videte uiri studiosi, nostras ignorantias (uel, ut ipse barbarè loquitur) ob intelligentias, rem sanè non absq; risu narro (licet nostra disputatio non sit ad rixas, uel ad conuitia, sed ad unum ueritatis scopum, semper inter nos, amicitia seruata, namq; ut ait Arist. primo de celo, inquisitores ueritatis nõ inimicos esse oportet) Hip.3. epimid. uerba subscribamus. Quædã mulier quæ apud Patimidẽ degebat abortione infantis primo die igni est correpta, lĩgua torrida, sitibũda, & reliq, qs, uel mediocriter grãmaticus, hæc ignorat, abortũ præcessisse febrilẽ morbũ? nãq; primo die abortione ĩfantis igni est correpta, diẽ primũ, quo febris ceperit, enarrãs, diẽ primũ abortiõe fuisse exponit: itaq; ea die quã abortio fuit febris acuta subsequuta fuit.

Igitur non abortus ad febrem, sed ad abortum febris succeßit. Solent prætes
rea mulieres ex abortu, quandoq; ex partu, in acutas febres deuenire. At Gale.
in expositione causam cur abortiuit, exponens, ait ex collectis uitiosis humori
bus. Ita dicens, itaq; ex morbo constat, collectis uitiosis humoribus, abortijsse,
per morbum generali⁹ quid intelligens ad omnem non naturalem affectionem
quemadmodum, uitiosorum succorum copia in toto corpore existens, non natu
ralis dicetur affectio. Si enim febre abortijsset, cum ipsa. 5. par. causa sit abor
tus, non ob uitiosos succos, abortijsse, sed ex febre potius Gal. exposuisset, res
sanè notißima lipis, & barbitonsoribus est, & si demus tibi (ut nostras melius
ignorantias percipies, est enim ignorãtia autore Plato. in sophista, dementia
quædã animæ, quæ dum ad ueritatem nititur intelligentia ipsa præuaricatur)
quòd ita sit ex morbo à uitiosis humoribus orto, abortijsse, cur est quòd illa mu
lier morbo fuit correpta. Dices quòd in ipsa copia fuit uitiosorum humorum:
quare ex uitiosis succis, est morbus, ex morbo abortus, ergo à primo ad ultimũ,
uitiosorũ succorum copia, causa fuit abortus, si enim nec illi fuissent, neq; mor
bus, neq; abortus, quamobrem ipsis præexistentibus anteaq̃ morbos adgenerent
periculum ex eis impendit, & de futuro morbo, & de abortu, id præterea Gal.
in affo. 46. quintæ sectionis, scribit. Accidit quibusdam grauidis, in quibus ui
tiosi humores priusquàm ceperint, sunt aceruati, nonnunq̃ à febribus uehemen
tibus corripi, ut ex necessitate abortiant, quamobrem, collectis uitiosis succis,
hæc pariter imminent pericula, quod si ita est, igitur precautio morbi, atq; abor
tus, ipsorum à corpore motio erit, fit autem id uenæ sectione, ut demonstraui
mus, quare actus nostræ mentis, uel ipse cæcus non præuaricatos uidet. Siue er
go mediate, siue immediate ex eorum copia abortus sequatur. præcautio erit
abortus, uel etiam morbi ipsorum à corpore amotio. Ita. 3. de arte med. futurũ
fieri morbum præcauere Gal. edocuit, submota causa parata affectũ inducere.
Veritas igitur cuiq; constat, quòd illa mulier ex abortione ob uitiosos succos
collectos febre fuit correpta, quare succi uitiosi abortus fuerunt causa, & abor
tus febris. Auic. præterea intentio, proculdubio nostræ sententiæ suffragatur,
in eo quidem canone. fortaßis non est excusatio in quibusdam horarum, harũ,
quin soluatur, & mundificetur sanguis, ut nõ corrumpat embrionẽ, quare opor
tet ut fiat cum facilitate, & subtilitate. Iste quidem canon seorsum ab alijs sub
sequentibus intelligendus est, mundificatio sanè hæc cum potatione fieri non
debet, præcipit, sed cum subtilitate, & facilitate, quod intelligit per parcam
venæ incisionem, quam non expreßit, quoniam nouum non erat, sed de men
struis non

struis non necessarijs subscribit, oportet ut mundificentur supponendo, subtili
suppositorio, cum ergo non necessaria menstrua detinentur subtili supposito
rio, mundificari autumat. Dicat unusquisq;, queso si hac via nõ necessaria men
strua, procedens, mundificauit quãdoq;. nemo unq̃ id audeat subministrari, nãq;
hæc suppositoria uires reserandi obtinent, sunt etenim calida, timor sane est ne
facerent abortum, tum propter infamiam. ab his igitur qui est mentis compos
penitus abstinet, & maximè si plethora adesset, quamobrem, si hæc uia medicos
illudit, potatio præterea admouẽda non ẽ, ad tutißimũ præsidium, uenæ sectio
nem uidelicet confugere operepretium erit. Vltima in re hæc nostra ratio fuit
Si in utero gerentibus ægris sanguinis mißio nõ faciet abortum, igitur neq; in
sanis, sed in ægris abortus, non sequitur, quare neq; ipsis existentibus sanis.
Prima quidem sequela ibi demonstrata iã fuit, cui respondes in ægris fieri ve
næ sectionem, atq; maius sequi cõmmodum quàm incõmodum, & si in ipsis ab
ortus non subsequatur, id sanè per accidens contigit, ratione diminute, quanti
tatis. Asseris præterea non sequi consecutionem, in ægris abortum non efficit,
igitur neq; in sanis, tum quoniam in ægris curantur ex sanguinis mißione af
fectus, præternaturam, quòd in sanis, id non efficitur, ad textum Hipp. dicitur
de repentinis mutationibus esse loquutum circa inediam, magis ægros quàm
sanos ledentibus, instantia præterea adducitur ex Hipp. sententia. 2. libri affo.
qui salubritatem corporis habent. vetat enim purgationes sanis tanq̃ nocuas,
ægris tanq̃ utiles, laudat. Spreuisti tandem rationem, ut inutilem, neq; proposi
tum demonstrare. Sed in hoc, proh Iuppiter, nullam salsuginem te habere de
monstras, neq; propter ignorantiam, uel secordiã, nodosa ratio abs te fuit sanè
intellecta, animaduersione in hac re dignũ est, quæ ipsa ratio supposuit, & pri
mum sanam grauidam mulierem cum plethora, & alteram ægram, aliquo mor
bo laborantem, supponit, ita ut pares in his necessitatis sanguinis mißionis p
sistant, illi uerò ob plethoram, & imminentem morbum, huic autem ob morbũ
præsentem magnũ. Alterum ex Gal. 2. de ratione uictus in acutis Hipp. maio
rem hanc, læsiones ex inedia repentina mutatione, si benevalentibus læsionẽ
afferunt, multò magis ægris, exponente, de promptum est. vnde infert detrimẽ
ta sanos minùs quàm ægros, afficiunt, hoc esse generale axioma, autumauit,
nam validiores minus afficiunt imbecilliores magis detrimenta, si itaq; ex se
ctione uenæ in grauidis, ex se abortus detrimentum veretur (ut tu asseris) ma
gis uerετur in ægris, quàm in sanis, ex Gal. axiomate, detrimenta intelligit,
sanis, & ægris ventura (cæteris partibus existentibus) magis afficiunt ægros

quàm sanos. Atq; ægris uterogerentibus uenæ sectio abortum non efficit, ut in
finities compertum est, quare minus in sanis plethoricis uterogerētibus, id tre
pidatur, ratio ipsa locum habet ex cōsequentis negatione, ad antecedētis de-
structionem. Vide mi belle sycophanta, rationem, quam spreuisti, nostrū demon
strasse propositum. Sed abste instantiæ adductæ, neq; rationi quadrant, neq; ip
sam quodamodo infirmare possunt, namq; si sectio uenæ in ægris grauidis da
tur ad præsentem morbum magnū substulendū in sanis plethoricis, de sangui
nis missione eadem erit intentio, quandoquidem ut patuit de ratione curandi p
sanguinis missionē ex ipso Gal. indicatio de missione sanguinis ex morbo ma-
gno deprōpta, eadem est ex præsenti, sicut ex futuro morbo magno. Nihil igi
tur rationi obstant quod dixisti, sanguinis missionē in ægris admouendā esse,
ut præternaturam actu affectus substuletur, cum de futuro affectu eadē pror-
sus sit intentio. Ad alterā inductam, instantiā constat respōsio, quoniā nō sunt
cætera æqualia, namq; sanis non indigētibus, purgationes sunt læsiue, & ægris
minimè. Tamē sanis indigentibus, quemadmodū corpora, quæ parata sunt, ad
futuros magnos morbos, quibus Hipp. purgationes fieri consulit, ut in affo. qui
bus farmatia, aut uenæ sectio cofert hos uerè purgare, & reliqua, ea Gal. etidē
de curādi ratione per sanguinis missionē decernit, læsiones ex farmatijs sanis,
& ægris corporibus uenture, fortius ægros, quàm sanos afficiunt. Ita uteroge
rentibus plethoricis, sanis, læsiones ex sanguinis missione, minus officiūt, quàm
eisdem ægris, immò magis ægris, itaq; cum æqualis sit intentio sanis, & ægris
sectionis uenæ, aut farmatiæ, detrimenta ex his uentura, fortius ægros quàm
sanos obsunt. Ad Celsi autoritatē dicit, esse intelligendā de curatione grauida
rum ex morbo aliquo affectarū, non aūt de pura præcustodia, ut questionis est
scopus, manifestū est aūt ex uerbo curationis, quo ipse Celsus utit, post hæc nos
ut tui moris est. ueluti pellē caninam rodens, cōuitijs infectaris. Athorum nulla
nobis cura fuit, sed ingenij uires istius syncophantæ uideamus, nū Celsi intētio
nem assequatur. 2. lib. caput unū cui titulus est de sanguinis missione construit
in uniuersum quidem de hoc instrumento disserit, non de curatione cuiuspiā mor
bi, sed quibus hoc præsidiū tute adhiberi poterit, sicut de purgatione, & uomi-
tu in uniuersum perdocuit, hac quidem ratione cæteri autores disserere assolēt
uti Gal. de sanguinis missione agens, ut commune præsidium ad curandos, &
ad præcauendos morbos, ita sanè Celsi in eo tractatu intentio fuit, ut cuiq; uel
parum intelligenti constat. Amplius apud Celsum non est comperta inter pro
philaptices, & curationē differentia, sicuti tristissima fuit apud Gal. distinctio.

Hic enim autor antiquissimus inter Latinos persistit, apud enim antiquos uiros
quemadmodū apud Hipp. sicut per morbum, quid generale intelligunt ad mor
bum, causam, & simpt homo, ita per curationē, quid commune, ad præcustodiam
& curationē intellexère, curatio itaq; apud Celsum, & antiquiores pro cautio
ne, curationeq; subsumitur, è quibus ergo liquido cuiq; notū est, grauidā mulie-
rem curari sanguinis missione, non tantū morbi amotionem, sed futuri præcu-
stodiā, per curationem intelligit. Proinde scriptū reliqt, igitur in grauidis mu
lieribus, id quod antiqui ex hoc auxilio trepidarunt de abortu, usus ostendit ex
his nihil esse perpetuum, quamobrē sanguinis missio in uterogerenti, nō esse fu
turū abortum, res sanè nota apud Celsum fuit, è quibus colligo hanc rationē.
quibus uterogerenti adest necessitas sectionis uenæ, ex ea non timetur abortus,
ex uerbis Celsi nota est maior. Sed ipsis plethoricis existentibus, quibus immi-
net futurū malū robore uirium præexistēti adest necessitas missionis sanguinis
ut ex Gal. constat de curandi ratione p sanguinis missionem plethora indicat
de sanguinis missione, aut sectione uenæ, aut malleolis scarrificatis, ergo in
his per hoc auxilium non timetur abortus, at his diebus, cū hæc scriberem, uide
autorē quendam, satis eruditū in Arte, atq; in Gal. doctrina, cui nomen est An
tonius Musa Brasauola, in afforismorū expositione. In. 5. sectione. 31. affo. nescio
quo spiritu ad hāc nostrā sententiā conspirauit, ut uerissimā affirmat opinionē
nostrā, uerba cuius hæc sequunt. Immo si aliqua mulier, ob humoris copiā abor
tiret, sectio uenæ abortū prohibet, nec Hipp. hæc iret inficias, sed fieri iuberet
diceret tamen nō temere mittendum esse uterogerenti, sed magna instāte cau
sa fieri, oportere, hæc ille, & subscribit Celsi sententiam à nobis productā, ue-
luti à nobis intellecta sanè fuit. Ideò Celsus & lib. 2. & cætera, uti cuiq; legen
ti notum erit, quapropter ubi adesset plethora, causa quidē magna præesset, ex
imminentibus futuris malis, sectio quidem uenæ abortum non efficit. Non ne
ergo, heus bone uir, q in cœlū iaculas, tuā imperitiā modo agnoscis, nonne adest
tibi optima conscientia, amplius ergo ne id negas. Similiter aūt Auer. senten-
tiā intelligere debes, in. 4. collectorij. cap. 7. hæc duo auxilia inter se cōparat,
quod horū totius uterogerētibus subministrandū edocēs, propter enarratas ibi
dē rationes afferēs, tutius huiusmodi grauidis missionē sanguinis pagendā es-
se ipsam aūt farmatiā non absq; noxa administrandā. Inter cæteras tamē ratio
nes hæc una fuit, quoniā ex farmatia timetur abortus, quandoquidē humores
ad uterū ducit, ex uenæ autem sectione id minus trepidatur, ex quibus rationē
colligo hanc, existente necessitate in utero gerenti de sanguinis subtractione,

eo instrumento, subtrahenda sanè erit, quo tutiùs id operatur, & absq; abortus
timore, ut cuiq; liquido constat, etenim tute mederi debemus. 3. de morbis vul-
garibus. At in plethoricis uterogerentibus, magna adest necessitas, de sangui-
nis subtractione ex imminētibus noxis, quamobrem tutè medendo, plethoram
ipsam subtrahere quàm citissimè expedit, nullo sanè alio præsidio ita citissimè
submoueri poterit, nisi uena ipsa pertusa, ut supra ex Gal. doctrina demōstra
tum fuit. Quamobrem aliis postpositis auxiliis, quibus ipsa plethora submoueri
poterit, quoniam non absq; noxa id perficitur, ad uenæ sectionem, confugendū
erit. Hanc quidē rationem Gal. cōstruxit aduersus Erasistratū, de uenæ sectio
ne ita ratiocinans, eo instrumento remouenda est plethora, quo tutius opera-
tur sed inedia, cibiq; parcitates modò supra exposito, si possint plethoram sub-
trahere, non erit absq; magnis noxis, quapropter remanet unum tutissimū præ
sidium, & id est sectio uenæ, loquens de plenitudine, antequàm uitium aliquod
pariat, uti cuiq; legenti pernotum extitit. Cæterum suas rationes labefactas,
atq; penitus falsas nos auertimus, Iterum erigere tentat, sed tantum abest ut nō
erigat, quòd multis sicophātiis ipsas obruat. Ait in ea propositione (omne id quod
per se est causa abortus non potest ipsum præcauere) nos summoperè errare,
haud inter id quod ex accidenti, & per se differentiā statuentes, namq; instan
tia de inedia nulla, quandoq; ipsa ex accidenti abortum inducit, quoniam ex ac
cidenti corpus euacuat .17. affo. secundæ sectionis. Hæc autem est illa ine-
dia quæ fœtui alimentum priuat, quæ ex longo interuallo cibum exhibet, at
ipsa uenæ sectio, per se humores exhaurit, & per se causa est ipsius abortus.
Præterea instantiam alteram quidem de cibi parcitate à nobis productam, nul
lius esse momenti arbitratur, namq; cibi tantum parcitas, & si imbecillioribus
grauidis poterit abortus causa existere, ipsis ualidioribus plethoricis, ex one-
ratis ex plethora per cibi parsimonium uires fortiores euadent, pariter, & de
motu, & frictionibus. Sed Bœoticum uideris habere ingenium, nec in arte de-
monstrandi te ostendis fuisse exercitatum, nec tamen ipsam labris primis de-
gustasti. Qua ergo ratione insuper Gal. doctrinam te habere autumas? demō
strat enim ipse Gal. in oratione illa, quòd optimus medicus debet esse optimus
philosophus. Hic aūt non erit absq; arte demonstrandi, quemadmodum multo
ties ipse Gal. admonuit, artem medicam nisi quis demonstrandi arte peritus sit
assequi non poterit, nos enim perplures annos bellissimè ipsam publicè perdo-
cuimus. Age ergo quòd inedia abortus p se sit causa ex his porro, quæ Aristo.
in arte resolutoria edocuit, demonstramus, eo assumpto principio, quod, necessa
rium inferat

rium inferat ipsum per se, est enim per se una de necessariis regula, alterum et
verissimum ex Gal. principium desumamus inediam humores priuare ex ne-
cessitate, primo de tuenda valetudine, nam cum tota moles animaliū in perpe-
tuò fluere sit, nisi altera substantia pro ea quæ defluxit, restituta sit, euaporabit
certe, atq; dissipabitur uniuersa, hæc Gal. ipsam ergo inediam totam animalis
exhaurire substantiam necessario nemo dubitat profectò. Id sanè pernecessariū
intelligo, quòd impl'e est aliter esse, atq; est essentiale distinctum ab accidenta
li, ut Auerroïs est sententia. 1. resolutiorum. cap. 43. E quibus ratiotinamur, quòd
necessario alimentum fœtui priuat est necessaria abortiendi causa, inedia est
necessario alimentum fœtui subtrahens, minor hæc est nota inedia ipsa, priuat
omnes succos, & à toto corpore. 1. de tuenda valetud. & per consequens, & fœ
tui alimentum subtrahit ex necessitate, ut ipse Gal. 5. par. 30. & .31. nam quòd
necessario humores exiguit alimentum fœtui subtrahit, ex axiomate primo de
tuenda valetudine, huismodi esse inediam ex eisdem, cuiq; constat. Sed quòd ne
cessario fœtui alimentum dextruit, igitur necessario facit abortum, inedia igi-
tur ex necessitate abortum efficit, & ultra quòd necessario modo exposito cau
sa est abortus, id per se est eiusdem causa, quare inedia abortus per se causa cen
seri debet. Prima enim maior. 5. sectione. 31. Gal. abortum fieri, demonstrauit,
ex alimenti priuatione, & id necessarium sequi autumauit, tuam ergo frigidā
rationē nostra instantia labefecit. Quòd autem dicis inediam ex accidenti eua
cuare succos, & alimentum fœtui subtrahere, dicimus, alio modo ex accidenti
Gal. quam tu credis desumit. non enim uno modo per accidens dici debet, ut
omnibus, uel mediocriter in dialectica eruditis, constat. Namq; per accidens
interdum contra distinctum ad per se, interdum non, ut contra per se est distin
ctum, sed aduersus primum desumitur, inedia igitur succos euacuat ex accidē-
ti quòd intelligit non primo, sed non ex accidenti quòd nō per se, ita ut sit cau
sa per accidēs, ut sumpsisti. Sanguis enim emissio, primo humores exhaurit, ine
dia non item, sed per aliud, quatenus mediate ad ipsorum difflationes, alios suc-
cos succedere non facit, ad differentiam sanguinis missionis, quæ immediatè, et
primo id operatur. Proinde Gal. inter causas necessarias abortus. 5. sectione
30. & .31. inediam, & sanguinis missionem connumerauit. De parcitate ci-
bi, eam sanè abortus causam esse, affirmauimus, ex qua alimentum fœtui subtra
hitur, si itaq; hæc causa per se, non tamen primo abortus est causa, quare mini
mè abortum præcauet, cuius oppositum falsò credidisti, neq; per cibi parcitatē,
modicum alimentum intelligere debes, ut ex supradictis liquido commonstra-
uimus, sed id, quod uires, & succos exhaurit, hæc enim plethora exhaurit, atq;

fœtui alimentum priuat modicum enim alimentum quod uires tuetur, plethora
non exhaurit, immò pariter tuetur, quapp plethorã aut nõ subtrahit, aut longo
interuallo id efficit, quod proposito nõ quadrat, de motu pariter abortum effi-
cere docuimus, namq; hic motus uehemẽs esse debet (siquidem exercitij rationẽ
habeat) talis quidem abortus per se est causa, neq; ergo ipsum præcauet, pari-
ter de frictionibus censendum est, cum ergo à primis disciplinis penitus ieiu-
nus sis, tantũ abest ut Galenicus uidearis, quòd rectius Galenomastiges sano iu
dicio censendus es. Amplius quòd in eadem responsione asseris, uenæ sectionẽ
per se ad quodcunq; corpus relatam, quocunq; tempore, & quocunq; modo per
petuò esse, per se abortus causam. Præterea si forte abortus aliquando nõ sequa
tur, illud erit per accidens. Exponis autem cur per accidens non facit abortum
quoniam efficitur in diminuta quantitate, etenim qualitas à quantitate labefa-
ctatur. hæc iste. Sed proculdubio (id tamen amicè capias) rectius esset hos ser-
mones, in foro, in circularibus, in tabernis concionari, q̃ de his eruditorum mẽ-
tem obtundere, non enim erubescis tanta pugnãtia, asseuerare, si enim uenæ se
ctio perpetuo quocunq; modo per se in quocũq; corpore abortus est causa, qua
ratione accidens, abortum non efficere affirmas, etenim quod quocunq; modo
alicuius effectus est causa, nullo modo alterius oppositi poterit esse causa per ac
cidens. id enim philosophis facilè constat, modi enim hi sunt per se, uel per acci
dens, simpliciter uel secundũ quid, actus uel potentia, & cæteri, quos. 5. ton me
thaphisicon Aristo. edocuit, si itaq; omni modo in se sectio uenæ per se causa
est abortus, igitur per accidẽs simpliciter, secundũ quid erit pariter causa abor
tus Amplius, uenisti tandem ueritate ipsa impulsus, ad nostram opinionem, quã
tẽsis neruis manibus, pedibusq; expeditis labefactare ꝓposuisti, asseris in quo
cũq; corpore per accidẽs nõ esse abortẽdi causam, id exponis, quoniã diminuta
est facta. Quamobrem nos uidisti asserere in opusculo, uenæ sectionẽ in ute-
ro gerenti pro cautione abortus, esse parce faciendam, neq; tamen administrã
dam esse copiose, illud modò tu affirmas, in triuio ergo esse, quo aufugies? qui-
bus te defendes? nihil habes profecto, parce ne factam abortendi causam non
esse (uti nos demonstrauimus) ipsius ueritatis ui asseruisti, siue ergo parce facta,
siue per accidens, siue per se medico id non cura est, sufficit tamen quòd ad par
ce factam non sequatur abortus. Si ergo mentis fuisses compos, in hoc deberes
persistere, neq; ultra pugnantia asseuerare. At tu in ultimo tuæ apologiæ (&
si apologia dici poterit) huius contrarium asseruisti, consulis, & non absq; pe-
riculo tuæ conscientiæ, nullo modo pro cautione abortus, esse uenæ sectionem

in grauidis admouendam. O hominis stupiditatem, quis quæso, ipsam non demi
retur? Quòd præterea de rabubarbaro asseruisti, ipsũ ex se esse astringẽs, &
aperiens, attamen per accidens, ut ex infusione esse aperiens, quod uolumus af-
firmasti, diuerso quidem modo rabubarbaro præparato diuersos inducere effe-
ctus. ita & uenæ sectio copiosæ in poplite abortũ efficit, at parce facta in cu
biti uena tantùm abest ut abortum efficiat, quòd ipsum summopere cauet.
Pariter alteram probationem tuã enodauimus, causa per se (dixisti) destruens
fœtuum, non poterit ex eadem ipse seruari, ita & inedia, parcitas cibi, non po-
terunt abortum cauere, quoniam ista alimentũ subtrahentes, fœtum interimũt.
credis simili distinctione de per se, & per accidens, ruinas istas aufugere, quã
paulò superius notam fecimus. causa enim necessaria, & per se abortus, priua-
tio est fœtui alimenti, siue id assequatur primo, atq; immediatè, & positiuè, siue
ex consequenti, & non primo, sed mediatè, istis medico nulla est cura, inedia er
go, & cibi parcitas dicta, per se sunt abortus causæ, non tamẽ primo. Cæterũ
cum dicis solam sanguinis missionem per se alimentũ fœtui abripere: quomo-
docunq;, & qualitercunq;, & si per se, pro primo intelliges, adhuc nugationes
cõmittis, si per se quocunq;, & qualitercũq; ipsius alimẽti subtractionis, & abor
tus est causa, quare neq; per accidens poterit abortũ facere, id enim intelligis,
cum dicis parce factam non facere abortum, quod enim qualitercunq;, & quo-
modocunq; est causa per se alicuius effectus, parce factum adhuc eiusdem effe-
ctus erit causa, id enim uult ipsum quomodocũq;, & qualitercunq;, ut apud oẽs
eruditos, uel ipsum uulgus in confesso est, atqui sectio uenæ, ita abortus est cau
sa per se, nulla sanè igitur modo, aut parce facta, aut immodice, poterit nõ ef-
ficere abortum, si enim ex quantitate, ipsum per se tale uariari autumas, non er
go qualitercunq;, & quomodocunq; sectio uenæ est abortus causa, seu alimen-
ti fœtui subtractionis. Prætera neq; inedia est causa per accidens, ut distingui
tur contra necessarium, sed benè ut aduersatur primo.
In tertia ratione, quæ à nobis funditus euersa fuit, nouum quid asseris, quòd mi
nor noxa fœtui infertur, ex inedia, q̃ ex sanguinis missione, quoniam inedia p
accidens, sanguinis missio per se causa est abortus, at ex causa p se maior noxa
sequatur, q̃ per accidens sanguinis missio causa est per se, primo erras, inediã
esse causam per accidens asseuerans, cum sit abortus causa per se, & necessario
non autem primo. Præterea non benè Philosophorum præcepta exerces, nãq;
inedia maiorem noxã uterogerãtibus est apta inducere q̃ missio sanguinis, ipsa
enim & fœtui, & grauidæ apta est noxam inferre, fœtui nocet, subtractio se

alimēti,grauide ualēti,quoniā ipſa ſanis eſt ꝑiculoſa.2.de ratione uict⁹ acut.
27.&.26.uerba Gal.ita habēt, Amplius ſi benè ualētibus uict⁹ dimidiate diei
ꝑmutatio adeo moleſta ſit, quo mō lāguentibus ipſis non moleſta erit? cū itaq;
& fœtui noceat,ſanguinis aūt miſsio plethoricis grauidis,tantū abeſt ut noce
at,ꝙ ex ipſa fit leuior,meliusq; ſpirans,eò ꝙ grauabāt ſublato,min⁹ ergo ledit
ex uene ſectione ꝗ ex inedia.Proinde noxe ex inedia multe ſunt,quas.2.de ra
tione uict⁹ edocuit ipſe Hip.ex ſanguinis aūt miſsione tēpeſtiue facta, ſeu mo
derata,ſtāte robore,&ætate,neq; una noxa apta eſt ꝑuenire,neq; unꝗ à Gale,
uꝉ Hip.aliqua fuerit aſsignata. Quā obrē ſanis plethoricis exiſtentib⁹ ex ine
dia maior noxa cōtiget,ex uene ſectione tantū abeſt,ut noxa aliqua ſequaṫ,ꝙ
maximū iuuamentū inde deueniet. Amplius neq; uene ſectio cā eſt abortus ꝑ
ſe,ut aſſeris,niſi tāta efficiaṫ ſanguinis emiſsio, ut ꝑ ipſam fœtui alimentū amo
ueaṫ, at ſi ipſa parce fiat,nō erit cā abortus ꝑ ſe, uꝉ ꝑ accidēs.ſed ſanè cā abor
tū erit præcauens,uide bone Deus quāta errata in paucißimis uerbis cōmittis.
Vt tuearis quartā,et pariter ſophiſticā rationē,aſſeris,ex alui ꝓfluuio,cū ſit que
piā euacuatio,qualiscūq; ipſe ſit ſemꝑ periculū eſſe abortus.licet ꝑ accidēs,ut ſi
parce fiat,nō ſequatur abortus,pugnātia,proh Iuppiter,affirmas,nāq; ſi qualis
cūq;fuerit alui ꝓfluuiū, igiṫ & paruus,& magnus,id.n. ꝓculdubio,qualiscūq;
apud oēs,uel uulgus ipſe intelligitur,& tamē paruū alui fluorē nō efficere abor
tū,aſſeruiſti,id porrò tibi contigit,ꝗa dialecticis diſciplinis penitus es ieiunus,
quapꝑ,eadē cauſa diuerſis modis ſumpta,diuerſos parit effectus, ut diximus in
opuſculo,ſicut de alui fluore,ex Gal.5.de ſectione aff. modice cōtigente in ute
rogerēti,nulla ratione eſt abortus periculū.ut.n.ipſe Gal.in affo.60.dicebat
purgationes numero plurali dictū,& ipſum uerbū eant oſtendit nō eſſe paucū
illū ꝗ cerniṫ ſanguis,neq; ſemel,ſed ſæpius,& multū,ita ergo ut abortus timea
tur ex alui fluere,multā euacuationē fieri,operepræciū eſt,ut igitur ſanguis ex
cretio nō efficit abortū,neq; de eodē timorē affert, niſi plurima ſit,ita ſimiliter
alui ꝓfluuiū abortus periculū,minimè efficit,niſi multus efficiatur, ꝓinde Gal.
idē de uene ſectione,& de alui fluore,quoad abortus timorē,indiciū affert,mul
ta ſanguinis emiſsio , et multus alui fluor,abortū pariter efficiūt,at modicus,ſi
ue fluor alui,ſiue ſanguinis miſsio,tantū abeſt ut abortū nō efficiūt,ꝙ & ipſum
precauēt.præter id igiṫ ꝙ ratio tua ruinā paſſa eſt,errata plurima adiunxiſti.
Circa ꝗntā rationē penitus à nobis euerſā,cū diximus nō eſſe ſentētiā Hip.de
plethoricis intelligendā,negas plethoricas mulieres poſſe cōcipere,haud tamē
ad ꝓpoſitū,nos tamē de ipſis poſt conceptū querimus, cū in plethoricas diſpoſi
tiones deuenerint.Amplius aſſeris plethora nō eſſe cauſā abortus donec ſenſili
ter ledit,ſed iminere ex ipſa plethora, et totius caloris natiui ſuffocationē, &
abortū demōſtrauimus,quapꝑ cū parit abortū ſenſiliter ledit,& eo modo,ſecti
one uene admouere,nō oportet,ſed ubi de ſectione uene queſiuimus,de plethora
anteaꝗ pariat abortū intelligendū cuiq; fuit.hæc.n.quæ aſſeris plusꝗ disdiapa
ſon diſſonant. Ad.6 rationē quæ nulli⁹ fuit momenti,cōmodè fuit reſponſum,
nō oēs uterogerētes ſuccos in uētriculo crudos acceruāt,imò plurimū oppoſitū
uideṫ ſed tantū his ꝗbus ſucci uitioſi ꝑſiſtūt,ante conceptū,et ꝑ menſes cōmodè
nō purganṫ,ſanguinis emißionē,aut fieri nō oportet,aut ſi expedit ex cā enar
rata,cōcoqui eos ſuccos ꝑmittimus, namq; nō de cacochimōſis loquimur,ſed de
plenis. Ad.7.rationē, negas eā ex autoritate negatiua ꝓceßiſſe,quādoꝗdem
ſectionē uene inter cauſas abortus repoſuerūt Hip.et Gal.ſed res eſt pauci mo
mēti, autoritas negatiua primo topicoꝝ eſt cū ab autentico in arte res ipſa nō
eſt,neq; implicitè,neq; explicitè aſſerta,cōſtat.n. ꝙ ſi queratur nū uene ſectio
aborū cauet,ab his autoribus,nō fuit expoſita,igiṫ ex hoc argumēto,ratiotina
ri,ex autoritate negatiua ꝓcediṫ, & ſi inter cauſas abortus fuerit hoc repoſitū
tamē de cautione eſt queſtio, ex quo nullo mō eſt cōpertū uenæ ſectionē ab eis
poſſe ipsū precauere.ꝓpea modò dicto ab iſtis autoribus uenæ ſectio ꝓ abort⁹
cautione,haud quāꝗ negaṫ,quapꝑ argumentū adductū non tenet.Preterea ne
gas te argumentari ex negatiua autoritate,deinde illud aſſeris, cū dicis noue
rūt cās abortus,nouerūt plethorā,at ipſam inter cauſas abort⁹ nō poſuerūt,nō
ne,bone Deus argumentaris ex negatiua autoritate, ꝙ nō ſit plethora abortus
cā,quoniā ab his autoribus,inter cauſas abortus nō computaṫ,ꝗs ergo alius mo
dus preter iſtū ab autoritate negatiua argumentandi erit?illud tamē Euripidis
tibi accidit. Oigar en ſophis phali parochlo muſico teri legin. Amplius falsò
credis plethorā ab.Hip.à Gal.ut cām abortus,nō fuiſſe cognitā,nāq; ſanguinis
redūdantia,ad uterū ueniens,fœtū reſpirare nō ꝑmittit, et timor eſt de caloris
ſuffocatione,hæc ſanè ex plethora iminēt,ut Hip.de natu.pueri.preterea inter
cauſas abortus ab Hip.repletiones cōputanṫ,abūdantie in cibo,et potu,que oīa
ptethorā adgenerāt.Rurſus in eadē reſpōſione aſſeris Hip.et ſi non poſuit hoc
præſidiū uenæ ſectionē, uidelicet in ægris uterogerentibus ipsū tamē non ne
gaſſet parce fieri,neq; facere abortū,hac ratione,ex his infertur,neq; in ſanis
plethoricis eadē ratione ſi nō appoſuit ſanguinis mißionē,neq; illud negabit,ſe
ꝗla ex Gal.cōſtat,in cōm.de ſanguinis miſsione,eadē eſt intentio de ſanguinis
miſsione in morbo magno in actu,& in morbo magno imminente, ſtāte ætate
& uiribus,ſed imminent ex plethora,quamobrem,iſtud Hippoc.non negabit.

sistratũ benè legenti facilè cõstat. igit & de ꝓsilaptices pura Gal. intentio est. namq; plethora anteq̃ uitiũ aliquod gignat, sub præseruatiua pura arte cõtinet assumptũ facilè demonstratur, namq; Erasistratũ neq; incuratione morborũ neq; in præcautiõe eorũdẽ de uene sectione qcq̃ meminit, aduersus id uniuersũ Gal. demõstrat. Tã etiã Gal. uerba plerũq; eodẽ cõmentario, itidẽ declarant, loquẽs de plenitudinis sanatione ait. Proinde ꝙ multitudo euacuãda quoq; uene distente, ac replete, in seipsas iterato qcq̃ recipere nõ possint, assentiri ipsi Erasistrato nos fatemur. uerũ quo nã pacto hæ euacuandæ sint, in dubiũ in nobis uocat. quãobrẽ de plethora est questio qualiter sit euacuanda, at Erasistrat⁹ inedia frictionib⁹ cæteris alijs auxilijs preter uene sectionẽ submouendã esse, autumauit. quapp de pura ꝓsilptices loqtur itidẽ Gal. qa de plethora anteq̃ uitia aliqua ꝓcreat cõtendit, & post pauca subscribit, postq̃ itaq; euacuationẽ esse cõfessũ id semel sit, ego eã omniũ facilimã, atq; expeditissimã uene sectiõe ꝑfici arbitror utpote ꝑ quã ipsas ẽt inflãmationes solas celerrime euacuare possumus, ꝑ quæ quisq; intelliget uene sectionẽ, nõ solũ in plethora anteq̃ faciat morbos, sed in morborũ presentiũ curatione optimũ præ ceteris alijs, esse præsidiũ unicũ, & presentaneũ, cur ergo Gal. mentẽ ꝑuertisti, te neq; legisse illũ librũ demõstras aut si legisti, ne ꝑcipisti, tã notissimam Gal. intentionẽ. Preterea ꝙ secũdo loco autumas. Gal. cõdemnare inediã aduersus erasistratũ sed nõ inedia plethorã exhauriendam in uterogerentib⁹, sed cibi parcitate affirmasse fateris, sed dic q̃so nõne Gal. aduersus Erasist. ipsas inedias ad submouendã plenitudinẽ uituperat? uti in eodẽ cõm. liqdo cõstat, & nos eã sententiã in opusculo adduximus, qd igitur ꝑ inedias ipse Gal. audit, an tantũ omnimodã abstinentiã. 3. uel. 4. dieb⁹, an insimul cũ hoc cibi parcitatẽ? nõne etiam cibi parcitatẽ, audias notissima uerba Gal. cũctis oĩbus ꝑnota. Reliquũ itaq; est ut tertiũ euacuatoriũ auxiliorũ gen⁹ puta tenuẽ dietam cõfugiamus, age sanè postq̃ hanc tribus modis operatus fueris, neppe tenue, paucos'ue, aut nihil nutrientes cibos afferens, uel nequaq̃ offerens. vide bone Deus ꝑ inedias cibi etiã parcitatẽ ipse Erasist. intelligit, in uniuersũ ergo Gal. ad submouendã plenitudinem, aduersus illũ ipsam inediam uituperat, quare etiam cibi parcitatem uituperauit. Prætera inediam uituperat, ad exhauriendam plethorã pluribus medijs, interque id unũ fuit, quoniam ipsa inedia plenitudinem euacuat magno tempore, longo cũ interuallo, & tu asseris, ꝙ de inedia ut est omnimoda abstinẽtia, intellexit. sed adiungas, maiori cũ intercapedine plethoram exuarit cibi parcitas, q̃ omnimoda abstinentia, at ista à Gal. damnatur quoniam cum longo tempore ipsam plethoram exhaurit. Igitur magis damnabiturcibi ꝑarcitas, ista enim minus succos digerere ꝑmittit, magis aũt ex oĩmodo abstinentia. Rursus & ipse motus in plenitudine anteq̃ pariat noxam, idest, uenarũ rupturas ab eodem Gal. uituperatur, nõ solũ aut in quibus hoc malũ, uenire solet (ut asseris) sed in omni plenitudine, namq; ꝓprium est ipsius pletoræ uenarũ tensio, cum ergo motus succos mouet, ipsos calefacit, quib⁹ calefactis spiritus flatu lentulos adgenerari contigit, qui uenas ita rumpere solent, ita nemo sanè de hoc dubitabit, ita Hipp. in. 4. de ratione, uictus acutorũ & Gal. pariter inter noxas imminentes ex plenitudine recensetur ruptura uenarũ, iterũ & quæcunq; sanguinem calefacere possunt uenarũ rupturæ causæ esse poterint, ita & frictiones, & balnea condemnantur, unum aũt cæteris oĩbus præfertur præsidiũ, quod unicum uocat ipse Gal. eodem cõmentario, & est uenæ sectio, tertiũ ꝙ asseruisti in athletarũ habitibus, tantum hoc præsidiũ subministrandum esse, at in alijs plethoris non ita autis tutiorem esse cibi parcitatem exhibere, cauendam tamen uenæ sectionem. Sed reliquisti tandem rationalem sectam, & mete empericus effectus sis. Empericorũ autem fuit dogma, Galeno teste, in commentario de plenitudine, non esse uenæ sectionem admouendam nisi in dispositione, quam sindromen uocant. hæc sanè in athletarum habitibus inspectatur, namq; syndromen uniuersorum impletium congeriem uocabant. exercitatorum namq; corporibus mutua ꝓportione humores, & carnes, & uires, increscunt, quapropter habent, insimul euexiam, eutrophiam, eusarciã, corpulentiam, euemiam, hæc omnia syndromen uocant, quibus simul consentientibus. venam secandam affirmabant, quos Galenus optimè reprehendit. cum ergo in athletarum plethorica dispositione, & non in alijs plethoris secandam uenam affirmas, ergo tantum in plethorica syndromen uenam seces, id fermè Empericorum fuit dogma. Ipse Galenus non solum in plethorica syndromen, sed in alijs plethoris ocissimè uenæ sectionem subministrandam esse censuit, quemadmodum etiam quibus nulla plethorica dispositio superstit.

Præterea si Hippocrat. secundo primæ par. habitum exercitatorum uenæ sectione, ut Galenus & Oribasius interprætantur, soluendum esse ocissimè censuit, fermè in igitur omnibus alijs plethoris uiribus, & ætate consentientibus secare uenam citissimè quoq; expedit, etenim propter imminens uenarum rupturæ periculũ caloris natiui extinctionis in athletis uenã incidẽdã esse cẽset atq in alijs plethoris eadẽ fermè ꝑicula impedũt. nãq; Gal. de multitudine demõstratũ reliqt ꝓpriũ, et inseperabile pletore esse uenarũ tensionẽ absq; exercitio

& subscribit, si atenus sanguis augeatur, ut uenas nondũ distendat, adhuc plethora non est, cum itaq; uenæ in omni plethora distenduntur, ex ea proculdubiò uenarum ruptura, atq; caloris naturalis suffocationis pericula imminent, in hoc ab athletarum dispositione, discrepant, quod in athletis non solũ uenarũ est reletio, sed & carniũ, & solidorum, quàm citißimè ergo ipsæ soluendæ sunt, q̃ tantũ uenæ sectione commode absq; noxa, & citißimè efficitur, è quibus cuiq; liquido ueritas ipsa constat si in uterogerenti sana plethorica acciderit dispositio, è qua futura mala enerrata impenderint, tute uenæ cubiti incisa sanguinẽ mittimus, & sic futura mala præcauemus. frictiones uerò, cibi parcitas, exercitia non absq; noxis adhibent. Hæc igitur fugienda sunt solo illo præsidio prælecto. Hæc raptim, & ex templo studiosi uiri cum tempore isto (ut opem infirmis afferam) parum mihi ocij relinquit, non gloriæ, aut honoris cupiditate agitatus, scripsi, atq; ideo in his nomen meũ nõ perscripsi, tũ propter alteram caussam, quam amici mei noscunt, licet ipsi me inuitonio nomen meum conscripserunt. Necq; me hominem damnasse, aut lacesßisse, immo sui amicißimũ esse putatis, sed ut frigidas aduersus nos rationes adductas persoluerem, acerra neã, atq; falsam in eius opinionem, me hæc scribere incitantem, redarguerem, ueritati ipsi patrocinans. Vt Deus Opt. Max. pater Domini nostri IESV Christi benè scit. cui sit laus, honor, & super benedicto in sæcula. AMEN.

FINIS.

Impressum Romæ Apud. M. Valerium Doricum, &
Ludouicum, fratres, Brixianos.
M. D. XLV.